



# **Adami Siberi Poematvm libri V. : Proseuchon pro Ecclesia, libri II. Epinicion liber I. Aeolostichon libri II.**

<https://hdl.handle.net/1874/416861>

4

# ADAMI

SIBERI POEMATVM  
LIBRI V.

Proseuchon pro Ecclesia,	Libri II.
Epinicion	Liber I.
Aeolostichon	Libri II.

GEORGIUS FABRICIUS  
pio Lectori.

*Per lege laurigeri cultissima scripta Siberi,  
Sanctorum retulit quævis pia uerba patrum.  
Oppressiq; uicem miserans gregis, æthera poscit,  
Iratum cupiens conciliare Deum.  
Auro alij postes ornent, laquearia gemmis  
Templorum, & niteat sub pede multus onyx.  
Non amat ornatus numen celeste profanos,  
His etiam infamis splenduit ara Iouis.  
Tu pie fide Deo gemitusq; imitate bonorum  
Et spera in miseris, & pete rebus opem.  
Quiq; Dei laudes cantant, uenerare poetas,  
Confer & huc docta quicquid ab arte potes:  
Hæsiaciq; placet si psalteria Musa poetæ:  
Misiuaci laudes hoc quoq; uatis opus.*

BASILEAE,

# ADAMI

LIBRARY OF THE

LIBRARY

of the

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

of

# ADAMI SIBERI

PROSEVCHON PRO

Ecclesia liber Primus,

Ad ampliss. Præsulem, & illustrem Principem ac dominū, D. Georgium Anhaltinum,

Comitem Ascaniensem, ac dominum

Bernburgi, Præpositum

Magdeburg. & Misenensem.



**Q**UIS status, & quæ sit populi fortuna profesti, (dente

Quæ referat cæli tecta beata, si  
Luce magis clarum nõ est hoc tempore Phæbi

Scilicet, & nostri uoce doloris eget?

Non ita se gentis pudor atq; infamia Christi,

Papa, caput scelerum, nequitiaq; parens?

Non ita se nobis obscure præbet iniquum,

Qui nostras toties Turca refringit opes.

Heu quot & hic miseris strages, quot & edidit ille?

Quam scit seuiciæ neuter habere modum?

Papa tamen, quam Turca, minus. neca iste cruentus

Immani, bello corpora captat, manu:

Ille animas iugulat, Christi q; cruore redemptos

Præcipites Stygias cogit adire domos.

Iamq; (nefas) laudem tali pro crimine captat,

Nomen & impietas religionis habet.

Pro qua dum pugnat, quas non excogitat arteis,

Armaq; aperta simul, bellaq; tecta parans?

Ut uerbum, ritusq; sacros, & nomina Christi,  
 Ut tollat cultum, noticiamq; Dei.  
 At nec ab externis Ecclesia pressa tyrannis,  
 Dum nunquam placida tempora pacis agit,  
 Non patitur grauiora domi: discordia demens  
 Nam qua non Christi dissipat arte gregem?  
 Dum spargit uarias sectarum dogmata fraudes,  
 Et populum sibi qui talia credat habet.  
 Ab Christe, ab nimium uerax nimiumq; fuisti,  
 Diuino nobis uaticinate sonot  
 Credite tempus erit, nec erit procul, editus Orco  
 Cum geret in templo regna superba meo.  
 Qui populosq; sua doctrina, urbesq; domosq;  
 Coget pollutos omnia monstra pati.  
 Tam furis animi sensus deperditus, ipso  
 Affectet uero maior ut esse Deo.  
 Pace frui nec erit: cerno bella, horrida bella,  
 Et populum contra castra cruenta meum.  
 Ipsa arctis misere religata Ecclesia nodis,  
 Vinceta geret uersus in sua terga manus.  
 Quam tunc rarus erit, cui non mea dogmata fraudi,  
 Non fuerit fraudi nomen habere meum?  
 Impia quinetiam ueris admista docentum,  
 Turbabit rectam factio multa fidem.  
 En Christus nemorum, dicet, secreta subiuit,  
 Iste: sed ille, Domus interiora tenet.  
 Hic est, est illic: factis sua dicta probantes,  
 Quis possint etiam pectora sancta capi.  
 Quid tamen, o quo non ortu generosior alter  
 Virtutum superat nobilitate genus,

Cœlestem princeps doctrinam amplexæ Georgi,  
 Qui nato libas oscula sancta Dei:  
 Ergo ne ceu Libyco quam prendit in aquare turbo,  
 Obruatur tumidis naufraga puppis aquis:  
 Euris ab aurora, Boreas dum pugnat ab arcto,  
 In quos hinc Caurus fertur, at inde Notus:  
 Tot uentos, tantas inter mundiꝫ procellas,  
 Offendet læsæ religionis honos?  
 Mergetur seuis Ecclesia fluctibus omnis  
 Cumq; illa pietas, cum pietate fides?  
 In quorum sectæ fraudes, mendacia Papa,  
 Substituantq; Getæ Turcica iura, locum?  
 Non non hoc Christus patietur: Ad ultima mundi  
 En ego uobiscum tempora, dicit, ero.  
 Colligit in Christo Deus, & collegit ab æui  
 Principijs, qui sint concio grata sibi,  
 Cui sua committat Stygio indignante tyranno  
 Sacra uoluntatis nuncia uerba suæ,  
 Mansuris omni decoret quam tempore donis,  
 Vera luce, fide, noticiaq; sui.  
 Hanc tentans Satanæ prorsus delere, quod ardet  
 Sæuo odio nati perpetuoq; Dei  
 Concitat armatos, gaudent qui cæde, tyrannos,  
 Ense, rota, flamma, flumine, fune, cruce.  
 Concitat ingenio tumidos, fraudesq; peritos  
 Nectere, qui populum dogmata falsa docent.  
 At sibi fidentes seruat Deus: obruit ipsum  
 Sed Pharium regem terq; quaterq; freto.  
 Protegit inclusum cauea: rabido ore leones  
 Autores sceleris pro Daniele uorant.

ADAMI SIBERI

Antiochus fœdis est lendibus œsca: piorum  
 Eterno cœtus seruit ut ante Deo.  
 Quid, saluis an non sancta cum plebe magistris,  
 Impia Cherinthi balnea dicta premunt?  
 Arrius immundis consumptus morte cloacis,  
 Debita fert linguæ præmia sacrilegæ?  
 Et nunc quæ Christi nomenq; crucemq; fatetur  
 Gens, erit eterno tuta tegente Deo.  
 Anguibus ipsa licet Stygyis incincta Megæra,  
 Hanc armet contra totius orbis opes.  
 Nos modo, nos arcem properè fugiamus in illam,  
 Quæ clausis mala sunt nulla timenda pijs.  
 Omnipotens Domini est arx munitissima nomen,  
 Votaq; non dubia sancta iterata fide.  
 Hac est Lamechides medijs seruatus in undis,  
 Obruta cum pluuijs terra periret aquis.  
 Hac est sulphureo Lothus defensus ab imbre,  
 Cœlesti Sodomæ igne cremante domos.  
 Quid loquar Amramiden, furiasq; minasq; Pharonis  
 Spernentem, non ne hac tutus in arce fuit?  
 Tutius Iesseus non ne hac puer arce, Goliæ  
 Inclyta cui ceruix nomina secta dedit?  
 Scilicet arx omneis tutata, tuebitur omneis  
 Ista, Deo qui se credere cunq; uolent.  
 Prendere quam iubeas cum nos sanctissime præsul,  
 In pia nec surdum uota rogare Deum:  
 Ut, quia conciliant nobis peccata tot hostes,  
 Heu quibus est nimium uita scelestæ nocens;  
 Det ueniam falsis: turpi rugosa senectæ,  
 Oraq; nunc quamuis pallidiora gerit,

Non aliter faciat defensa Ecclesia, grates  
 Ipsi agat, ac manus cum foret ore decus:  
 Aurea cum uestis corpus, redimicula collum,  
 Ornarent flauis mollia ferta comas.  
 Qua caelo Princeps æquet te laude Georgi,  
 Imparibus uehitur quæ mea Musa rotis?  
 Hoc erat hoc dignum te non, Salyq; bicornes,  
 Quodq; facit Latium turba secuta Parin,  
 Duorum statuis aras, & templa dicare,  
 Acraq; sacra tingere fontis aqua.  
 Vngere sacrificos, monachis dare iura, puellis  
 Et sua quæ Molocho corpora uota cremant.  
 Quæ Cerere & Baccho fiant pro lumine cabis,  
 Quæ sacra pro uiuis, quotq;, quibusq; modis.  
 Ut sal, & ut fruges, ut pingua larda sacrentur,  
 Et nugæ omneis quis memorare potest?  
 Gratia magna Deo, tibi qui dedit esse quod audis,  
 Et uero fungi præsulis officio.  
 Non sunt Musarum, docti nec Apollinæ artes,  
 Vrna Philetææ non mihi fundit aquas:  
 At pietate tua motus, Heliconis in umbra,  
 Ausus Iessææ fila mouere lyræ:  
 Sanctorum uerti quædam uatumq; ducumq;  
 Carmina, Romanis facta latina modis.  
 Et pro peccatis populi, si quando scelestis  
 Laxissent factis numina magna Dei,  
 Hostibus & cincti quibus usi tempore tristi,  
 Senserunt humiles pondus habere preces.  
 Quæ possunt Christi contra quod nominis hostes,  
 Papa tuumq; scelus, Turca tuumq; cani:



3 ADAMI SIBERI

Numinis & possunt qua' nam remouenda precando  
Ira sit à nobis, commonuisse pios:  
Non sunt exculto quantumuis carmine structa,  
Auribus & doctis non satis apta legi  
Prolata in lucem nobis committere fama,  
Auspicio placuit qualiacunq; tuo.  
Vel, quæ nunc rident Epicuri de grege porci,  
Testes ut ex animo me doluisse malis,  
Proq; Dei cultu quæ fiunt cunq; per orbem,  
Addam etiam nostras ad pia uota preces:  
Turba uel exemplo scribat quo cætera nostro,  
Quam iuuat Aonijs inuigilare choris.  
Et tua cum fuerit pietas mihi caussa laboris,  
Cui potius cedat quàm labor iste tibi?  
Munera nec spernas Princeps; Non pondera semper  
Dona, animus dantis sed preciosa facit.  
Nec boue tam cæso numen cæleste uidemus,  
Quàm puro minimi thuris honore capi.  
Sic Mahometigenùm uictrices ante tyrannus  
Cæsaris, at Christi Papa trabatur equos.  
Doctrinaq; pia sublati undiq; sectis,  
Firmentur regni iura sacrata Dei.  
Incipiat rursus florere Ecclesia, longo  
Tempore cui possis utilis esse; Vale.

MOSIS, IRAM OFFENSIBILI  
à populo Israelitico deprecantis.  
Exodi XXXII.

O Cuius toto sapientia præsidet orbi,  
Immensæ laudem qui bonitatis habes.

Per

Per quæ gestisti terra Memphitide facta,  
 Quæ fama implerunt Solis utramq; domum:  
 Adsertos ualido fortis cum robore dextræ  
 Duxisti è medijs hostibus Isacidas:  
 Parce precor clemens, & sæua reconde furoris  
 In nos quæ tibi sunt fulmina sumpta pater.  
 Iusta tua ira: etenim uituli simulacra putare  
 Contempto æterno numen habere Deo,  
 Tam graue crimen habet, populi uel maxima poena,  
 Ut par delicto non queat esse tui.  
 Ne septemgemini dicat tamen accola Nili,  
 In fraudem impulsis imposuisse Deum:  
 Promissis qui non posset quos sistere terris,  
 Mactarit, uastis prodideritq; locis:  
 Da ueniam, pacti nobiscum fæderis olim  
 Nec patiare tui uerba carere fide.  
 Fæderis, Abramo per non uiolabile iurans,  
 Quod Deus æterno tempore nomen habes:  
 Quo fore pollicitus numero tot, in æthere lucent  
 Inter quot geminum sidera fulua polum:  
 Pollicitus campos & melle & lacte fluentis,  
 Æternum dextræ præsidiumq; tuæ.

EIVSDEM, NUMERORVM  
XIII.

**M**axima cuius habet nullum clementia finem,  
 Principioq; carens, interituq; Deus:  
 Peccauit (nam qui possum manifesta negare?)  
 Peccauit populus stulta caterua tuus.  
 At sceleri concede precor mitissime, culpis

Et tua sit nostris lenior ira pater,  
 Vindictæ frenos te propter supprime, famæ,  
 Si non vis nobis parcere, parce tuæ.  
 De uirtute Dei nam quæ iam nescia tellus,  
 Non loquitur laudes, talia uerba, tuas?  
 Non est Ifacidis, pontus quæ continet orbem,  
 Gens alia æterno charior ulla Deo.  
 Egerunt illo medias ducente per undas,  
 Mersus Brythraeus at bibit hostis aquas.  
 Rupibus è duris latices largitur, ab ipsis  
 Et pluit æthereis dulcia manna plagis.  
 Per noctem flamma, per lucem nube resulget,  
 Et signat quæ sit præuius ipse uiam.  
 Seruat, alit, ducit, regit & tutatur, & auget  
 Neu noceant illis ulla pericla, cauet.  
 At nunc si uenia nullus locus, & tua pœnas  
 Heu iustas pœnas exiget ira Deus:  
 Quid tandem Pharyi populi, quid & impia dicent  
 Regna Palestini quæ patet ora soli?  
 Antè mibi uasto tellus discedat hiatus,  
 Antè tuo ad Stygias fulmine mittar aquas:  
 Vllius quàm me petulantia lædat ad aures,  
 Dicat & in nomen uerba proterua tuum.  
 En promissa fides, en qui supra omnia magnus  
 Dicitur inuictum numen habere Deus:  
 Sic Cananæa suo populo num subijcit arua,  
 Ut iaceant rabidis præda cibusq; feris  
 Tu mibi, tu certè diuina uoce locutus,  
 De te fecisti talia uerba Deus.  
 Immensum, omnipotens, non enarrabile numen,

Ut fuit, ut nunc est, sic mihi semper erit.  
 Cuncta creo solus, foueoq; omnisq; bonorum  
 A me ceu largo copia fonte fluunt.  
 Aspicio mihi uultu quicumq; uerentur,  
 Pectore me Dominum nec dubitante colunt.  
 Aspicio, cunctos illorum stirpe profectos  
 Perpetuo curans augeo mille bonis.  
 Et quoniam nemo coram me criminis expers,  
 Ad uitiumq; homines pectora prona gerunt  
 Ignosco culpis, ponoq; fideliter iras.  
 Non capit humana gaudia morte Deus.  
 At quos postposito pietatis amore, fideq;  
 Ceu furys actos in scelus ire iuuat:  
 Illorum in natos, & qui nascuntur ab illis,  
 Nostra referre nequit, cum ruit ira, pedem.  
 Hæc mihi dixisti: quæ ne sint irrita, propter  
 Famam te posco quam pietatis habes.  
 Huc & progressis Ægypti finibus usq;  
 Ut solius nobis mitis adesse parens:  
 Nunc quoq; da ueniam delicta fatentibus, antè  
 Quæq; fuit populi, sit tibi cura, tui.

EIVSDEM, DE VTERONO.  
 mij IX.

NE uero, ne perde tuos placidissime, nostro  
 Et tua sit merito parcior ira Deus.  
 Tu nos de toto legisti corpore mundi,  
 Quis tua iura dares, quis tua sacra dares.  
 Tu nos duxisti portenta per omnia, Nili  
 Victrici uindex e regione manu.  
 Thariades nostræ occurrat tibi gentis origo,

Thariadæ natus, Thariadæq; nepos.  
 Tam populi duro nec pectus durius ære,  
 Et lapsus faciles in scelus omne uide:  
 Quam ne laxaris iusto cum frena furori,  
 Inq; reos rigida sumpseris arma manu:  
 Insultetq; tibi Marcoticaq; ora, Pharosq;  
 Verbaq; uasana mente scelestæ loquens:  
 Non potuisse suos in pactis ducere terras,  
 Aut odio dicat non uoluisse Deum.  
 Saltibus in uastis, interq; horrentia lustra  
 Mactandos ideo destituisse feris.  
 Est mala, confiteor: sed non & gloria certè,  
 Gens hæc digna licet, digna perire tua est.  
 O' ergo quorum durissima uincla leuasti,  
 Crimina nunc etiam sæda remitte pater.

## IOSVÆ DVCIS ISRAELITICI

querela, de reiecto exercitu ab op-  
 pugnatione oppidi Ain.

## IOSVÆ VII.

**E**Rgo iter est nobis uerso redeuntis in ortum  
 Flumine, Iordanis per uada sicca datum:  
 Sanguis Amorrhæos noster quo tingeret enses,  
 Et caderet populus cæsus ab hoste Dei?  
 O' utinam, miseros hæc si fortuna manebat,  
 Iordanis nobis non patuisset aqua.  
 Quæ fors prima fuit, sed nos Basanidos, unde  
 Venimus huc, terræ detinuisset humus.  
 Heu pudor, heu pressos pauida formidine mentes  
 Turpia probrosæ terga dedisse fugæ.  
 Lamiam nulla mora est, populi quæ maxima turba,

Huius

Huius in Isacidas quin regionis eat,  
 Ut nostro illorum tepestiant tela cruore,  
 Et pereant gentis nomina clara Dei.  
 Quod simul eueniet, famæ quid fiet, & illi  
 Quæ tua magne Deus gloria sine caret?

ISRAELITARVM, PRO CONSER-  
 uatione populi contra Ammonitas.

IUDICVM X.

**N**on o summe Deus, non nos peccasse negamus,  
 Omne nefas ausi turpiter, omne scelus.  
 Mentiti sædas laudes celebrare Baalis,  
 Obscenisq; ausi thura dedisse focus.  
 At miseris quod non opponis numina uotis,  
 Non humiles surda negligis aure preces:  
 Chare pater placido, pater optatissime uultu,  
 Turpia deiectis ora uide lachrymis,  
 Non mulctæ ne quid subeant, scelerata nocentum  
 Crimina nec poenam quam meruere luant:  
 Sed ne projicias, sæui discrimine belli  
 Destituas miseros, præsidioq; tuo.

ASAPHI PSALTÆ, CONTRA DI-  
 uersos hostes populi Israelitici: de libro

Hymnorum Dauidis, Psalmo

LXXXIII.

**T**V' ne igitur, nec iam nosiri te gratia tangit,  
 An miseris surda negligis aure preces?  
 Et tibi magne Deus, nullo quæ sine tenetur,  
 Vilior est famæ gloria sancta tua?

Tu'ne

Tu' ne potes lentus tantos audire tumultus,  
 Mota tuo populo bella uidere potes?  
 Tu furias animo spirantes cædis amore,  
 Tu potes in nomen iurgia ferre tuum?  
 Ismaële sati, Gebalitaq; seuus, Idumes  
 Et qui palmiferæ pinguiâ rura tenent:  
 Lothidaq;, Amalechitaq;, Agarenaq; turba,  
 Turba Palæstinae quæ colit arua plagæ:  
 Euphraten quicunq; bibunt, Cadmæa coercet  
 Imperij gentes quas ditio Tyrus:  
 Consensu unanimi, populo nil tale timenti,  
 Non expectato milite bella parant.  
 Atq; aliquis cæcis doctus componere fraudes:  
 Victor io nostras Mars iuuat ipse manus.  
 Iam mihi iam uideor labentis cernere turmas.  
 Probrosæ fusos & dare terga fugæ.  
 Iuris erunt nostri Solomonia templa, iacebit  
 Cum populo Isacidum, gloria uicta Dei.  
 Hæc nimium stultè: mundi quæ maxime rector;  
 In caput illorum uindice uerte manu.  
 Intereant ruptis uasis, fortiq; tubarum  
 Vt Madianitidum subruta castra sono.  
 Aut Cananæus uti duxit quem Sissara miles;  
 Sissara qui clauo tempora fixus obit.  
 Victus Iabinus ductu Lapidothidos olim  
 Dum fugit ripis Chisonis unda tuis,  
 Arma uirum, currus, equites in finibus Endor  
 Cum ueluti stercus computruere solo.  
 Fata duces maneant, quæ Salmona, quæq; Sebæum,  
 Quos Ioa forti perculit ense satus.

Ut ferro Ephramidum collo discebit Orebo;  
 Ut tibi discebit Seba scelestæ caput:  
 His abrumpatur ceruix quoq; postmodo quisquis  
 Et regum nostris finibus horror erit.  
 Scilicet immani conspergant cæde penates,  
 Scilicet ante oculos pignora nostra necent?  
 Augusti spolient templi penetratia sacris  
 Quæ tu sola probas, quæ tibi sola placent?  
 Non ita; sed uolitans ceu uerbere turbo rotatur  
 Quem puerum celeri uersat ab arte labor:  
 Præcipites ferri Dominus sinet omne furoris  
 In genus, infandum de scelere inq; scelus.  
 Nec mora, turbatos aget in diuersa, calente  
 Sole uelut stipulas fortior aura solet:  
 Et quo Carmeli rupes iaculatur, & altas  
 Quo cedros rapidi fulminis igne cremat:  
 Horridus immensa uasanos protretet ira,  
 Proteret, exitio castraq; scæda dabit.  
 Tum gelidus pauidis metus & pudor ossibus hærent;  
 Quam turpes trepido ducet in ore notas?  
 Et meritò: quid enim nisi flere, dolere scelestis,  
 Nec certo attonitos posse manere loco?  
 Ut tandem docti damnis serieq; malorum  
 Nominis inquirant numina magna Dei:  
 Teq; unum metuant Dominum, rerumq; potentem;  
 Qui quod es immenso solus in orbe manes.

ASÆ REGIS HIEROSOLYMO  
 rum contra Zaram Aethiopem. II.  
 Paralip. XIII.



**O** Cui tam paucis, quam multo milite promptus est,  
 Aduersæ firmas frangere partis opes:  
 Huc Deus, huc ades, & populo uictoria dona  
 Hostibus è domitiis arma referre tuo.  
 Viribus in nostris non est fiducia, nobis  
 Forti animos facient sumpta nec arma manu.  
 Exigui numero tot in hostes signa mouemus,  
 Cælestis fulti robore præsidij.  
 Nam cunctas hominum quamuis audacia uires  
 Concitet, ac contra te ferat arma Deum:  
 Non tibi par fuerit tamen ulla potentia, dextram  
 Numinis æterni uincere nemo potest.

IOSAPHATHI REGIS, CONTRA  
 Moabitas, Ammonitas, &  
 Seiritas.

II. Paralip. XX.

**A**N non summe Deus, nostrum fiducia patrum  
 Maxima, te casta qui coluere fide:  
 Qui cæli rapidum moderare uolubilis orbem,  
 Imperio terræ cuncta; regna premis:  
 Cuius habet summas immensa potentia uires,  
 Fine carens robur dextera cuius habet:  
 An non his ergo pepulisti sedibus olim  
 Arua Palæstini qui coluere soli?  
 Thariadæ promissa seni quo pingua terræ  
 Perpetuum nobis rura tenenda dares?  
 An non te mandante dein labentibus annis  
 Isaida Solomon de genitore satus,  
 Ista tibi posuit celsis operosa columnis

Templa

Temp̄la Sionæo ritè dicata iugo?  
 Temp̄la, ubi pollicitus populi te rebus in arctis  
 Exauditurum uota precesq; tui.  
 Hostis & infēlis siue in nos irruat armis,  
 Siue ægrotā necet tabida membra lues:  
 Seu teneræ p̄rimis segetes moriantur in herbis,  
 Semina nec iusto sc̄nore reddat ager.  
 Deniq; nos quodcunq; malum, quæcunq; fatigans  
 Aspera sors miseris, difficilisq; premat:  
 Te fore propitium, nec, tristia damna leuando,  
 Passurum indigna clade perire tuos.  
 Ergo Moabitæ, pubesq; Ammone creati,  
 Intonsus populi quosq; Scirus arat:  
 Isacidis quorum non est transire per agros,  
 Perdere non urbes te prohibente datum:  
 Quando Paratonij egressi finibus, arua  
 Ditiā Idumææ circumiere plagæ:  
 Cum nos iniusto male grati Marte laceffant,  
 In captoq; locent castra cruenta solo:  
 An impunè ferent, nos an patieris inultos,  
 Gens erit auxilio nec tua tuta tuo?  
 Nos certè dubios nunc mens animusq; relinquit,  
 Consiliū tantis cedit & omne malis.  
 Quantulæ enim nobis inimica tot agmina uires,  
 Conferta ualeant quæ superare manu?  
 In te spes miseris, fiduciaq; omnis, ad unum  
 Te mœsta aspiciunt lumina nostra pater.  
 Ne uerò trepidis igitur ne defice rebus,  
 Debeat ut totam se tibi nostra salus:  
 Et tibi grata, tuæ celebrans præconia famæ

Lingua, sonet laudes tempus in omne tuas.  
 EZECHIAE REGIS CONTRA SEN  
 naheriben Assyriorum tyrannum. Quar  
 to Historiæ Regum XIX. &  
 Isaia XXXVII.

**A**rmorum belliq; potens, quo uindice gentis  
 Nititur Isacidum, quæ tua cura, salus;  
 Quem super astriferi sinuosa uolumina cæli  
 Feri humeris uolucris concio sancta gregis,  
 Et tamen es præsens celsis innixa columnis  
 Hic ubi templa tibi constituere patres:  
 Nunc ô te nostras Deus exaudire querelas,  
 Ad mea te uultus flectere uerba precor.  
 Dum tibi sanguinei conuicia fœda tyranni  
 Commemoro, impuro quæ facit ore Deo.  
 Te ne tua Ezechia defendant numina, Marte  
 Ut non uersa meo moenia uestra cadant;  
 Scilicet haud ita sunt uires experta meorum,  
 Quæ nobis uictas regna dedere manus:  
 Ut uos Assyrijs tutos credatis ab armis,  
 Nescio quo uestro posse manere Deo.  
 Qui licet ipse suis manibus te protegat, ipse  
 Auxiliumq; tibi, præsidiumq; ferat:  
 Vrbe tamen uestra potiar, delubraq; templi  
 Tradentur ducibus, captaq; sacra meis.  
 Hæc dicta hæc audi temeraria, numina lentus  
 Sic tua contemni nec patiare Deus.  
 Atq; Ninon, fateor, reges quicunq; superbant,  
 Assyry sceptrum qui tenuere soli;

PROSEVCHON LIB. I. 19

Milite regna suo vastantes plurima, multis  
 Victorem populis imposuere pedem.  
 In cineresq; deos flamma uertere, quod essent  
 Non dij, sculpta hominum sed simulacra manu,  
 Nec se quæ possent tutos præstare, nec hosti  
 Ne ferro caderent eripuisse suos.  
 At te qui solum colimus Dominumq; Patremq;  
 In cuius nostra est uita salusq; manu:  
 Ne patere ut simus scelerati præda latronis,  
 Pro populo pugna sed Deus ipse tuo.  
 Edocta ut tandem, latus qua carulus ambit  
 Oceanus terras, omnia regna sciant.  
 Et tibi fidenteis nunquam sine uindice, nullum  
 Et nisi te solum qui iuuat esse Deum.

ASAPHI PSALTÆ, CONTRA ASSYRIOS,  
 de libro hymnorum Dauidis,  
 Psalmo LXXIII.

**C**ur ô cur adeò populum tua sacra colentem  
 Omnipotens fæda clade perire sinis?  
 Iam' ne pater quæ nos fors dura tenaciter urget,  
 Nec fiet misero mollior ira gregi?  
 Te pastore gregi qui sacris errat in hortis,  
 Qui uerbi carpit pabula sancta tui?  
 Aspice nos placido uultu mitissime, cura  
 Et tibi sit nostri, quæ fuit antè, Deus.  
 Cur' nam sunt uiles tibi, quos ab origine mundi  
 Clara tuæ gentis nomina ferre iubes?  
 Teq; suum Dominum seruatoremq; professis,  
 Præsidio præstas omnia tuta tuo?

Te dignas iras iustissime concipe uindex,  
 Hostis & impositio contere colla pede.  
 Contere, perpetuo quo polles robore dextræ,  
 Et de sublimi deyce præcipitem.  
 Quid delubra tui temerat sanctissima templi,  
 Sacraq; non iusso barbara more facit?  
 Impia quid turpi iactat conuicia lingua,  
 Aras sacrilegus rugit & ante tuas?  
 Ante tuas aras, ubi dira furore superbo  
 Pro signis posuit signa locata tuis?  
 Quid, ueluti longo nulla uiolata securi  
 Tempore, cum multa sylua bipenne cadit,  
 Robora, proceras & recto stipite quercus,  
 Agresti euertit rustica turba manu:  
 Ornamenta tuæ tabulas, laquearia, posteis,  
 Deicit augustæ conspicienda domus?  
 Barbaricisq; (nefas) adnotis ignibus ipsa  
 Sacra aditis urit non temeranda suis?  
 Quid? tanquam sint hæc leuia aut ludicra putanda,  
 Quæ numeros omneis impietatis habent.  
 Nam quo nec melius, nec maius ledere, solo  
 Quo posita est hominum uita salusq;, Deum:  
 Non scelus est, scelerum sed fonsq; caputq;, nec ultra  
 Impietas talis quò gradiatur habet:  
 Ergo quid insanus gentis tot funera passas  
 Sese in relliquias incitat ille tuæ?  
 Exerti ne mibi gladij cessatis, & arma,  
 Nec mea, qui superest sanguine, dextra madet?  
 Tu uerò cape tela manu, cape spicula miles,  
 Protracta è latebris corpora dede neci.

Diripiantur opes, ferre aut abducere si qua  
 Non potes, iniectis ignibus usta crema.  
 Nam quod doctrinæ, sanctis studijsq; dicatas,  
 In cineres uertit barbara flamma domos:  
 Quis cladem tantam, quæ tanta æquare dolendo  
 Lugentis linguæ damna, querela, potest?  
 Nulla potest, furor iste bonos moresq; decusq;  
 Atq; abolet uerbum, noticiamq; tui.  
 Plus quam Cimmerijs obducit cuncta tenebris,  
 Dum crescit nusquam culta iuuenta Deo.  
 Utq; secuturos in religione nepotes  
 Instruat, ut ueram monstret ad astra uiam:  
 Non linguas, annis rectas non mollibus artes,  
 Non discit uerbi dogmata sana Dei.  
 Qui status huius erat quondam pulcherrimus oræ,  
 Religione, sacris, legibus, imperio:  
 Scæuita hostili nunc in contraria uersus,  
 Perdidit, omne fuit quod decus ante tuis.  
 Non usquam doctrina tui sanctissima uerbi,  
 Quæ nobis cælo prodita, pura sonat.  
 Non est, qui populo uenientia fata resignet:  
 Non est, qui uerum præmonuisse queat.  
 Sacra facit nemo, sed enim nec sustinet ullus,  
 Hoste uetante aris munera ferre tuis.  
 Iura silent, opibus quicumq; instructior, ille  
 Cuncta potest: æquum non ualet, arma ualent.  
 Libertas patriæ uirtute, & fortibus ausis,  
 Claraq; bellando gloria parta iacet.  
 Ab maris & terræ, cæliq; immense creator,  
 Hostis inultus erit quò furor usq; tibi?

Dicta superba addet factis quo tristibus usq;  
 Et tua ridebit numina magne Deus?  
 Ut tua sit praesto cur tempore tardior isto est,  
 Quae nobis semper dextera prompta fuit?  
 Deserts an genitor coetum, ceu pignora mater  
 Quem solitus dulci ferre referre sinu?  
 Tendere cui toties solitus prendenda natanti  
 Brachia diuinæ, per freta saeva, manus?  
 O utinam mihi, quo conspicias omnia, uultu  
 Aspicias populi tristitia damna tui.  
 Et dum naufragio des mollia littora nostro,  
 Tranquilla recipi nos statione uelis.  
 Euentura precor: fragili nam cesspite facto  
 Cum data primigeno terra colenda patri:  
 Ut propugnatem pro se, tibi dedita turba,  
 Te sibi praesentem sensit ut esse Deum:  
 A te pendenteis rex nunc quoq; maxime, tutos  
 Praesidio facies numinis esse tui.  
 Ex omni mansit, manet, inuictumq; manebit,  
 Quod Deus æterno tempore robur habes.  
 Nec sublime aded est, supraq; pericula quidquam,  
 Quod non inferius, suppositumq; Deo.  
 Stagna secat tumidi uirtus tua cærulea ponti,  
 Muniat ut tutam per uada salsa uiam.  
 Dura Parætonij uirtus tua colla Pharonis  
 Conterit, insano deprimat inq; freta.  
 Maxima tu perimis terrarum monstra tyrannos,  
 Sint pastusq; feris alitibusq; facis.  
 Cum libet, ora, potens nutu, fontana recludis,  
 Cotibus & duris eiacularis aquas:

Cum libet, exiccās torrentia flumina, fontis  
 Currit iordanes in caput ipse sui.  
 Tu facis, ut postquam densis aurora tenebris  
 Dissulit, Boō surgat ab orbe dies.  
 Tu facis, inducant ut sera crepuscula noctem,  
 Flammiiferis demit cum iuga Phæbus equis.  
 Tu iulgere iubes cælo labentia, cursus  
 Conficere & certis sidera limitibus.  
 Te, constant mundi concordia pace, ligante  
 Dissociata suis corpora prima locis.  
 Te mandante, iustus siccis feruoribus ær,  
 Sub canis Icarij sidere hiulcat agros:  
 Horrida tristis hyems postquam sed protulit ora,  
 Affricus astricto frigore durat aquas.  
 Ne uerò, cum sit tibi tanta potentia, finem  
 Maxima non ullum numina cuius habent,  
 Ergo ne uerbis hostem petulantibus ultra  
 Vesana finito mente scelestā loqui:  
 Auxiliūmq; ferens, pacti tua fœdera propter,  
 Exiguus populi protege reliquias.  
 Protege dilectæ uitam tibi turturis, ex te  
 Cui pendet solo, non aliunde, salus.  
 Sit satis, indignè miseris uiduata colonis  
 Vastari, quondam quæ loca culta, feris.  
 Sit satis, in cineres urbes sedisse superbas,  
 Et desolatis procubuisse domos.  
 Calcari quondam cumulata altaria donis,  
 Calcari templi tecta sacrata tui.  
 Signa tot, artificumq; manus, tot busta piorum  
 Vatum, tot regum, tot monumenta ducum.



Cur etiam accedant nostris tua damna ruinis,  
 Cur trahat heu famam nostra ruina tuam?  
 Cur nam permittas, ut de bonitate feratur  
 Credulitas populi stulta fuisse tui?  
 Sed neq; permittes, miserum nec ab ore profecta  
 Chare pater laus est gratior ulla tibi.  
 Sed nos defendes tibi dedita corda, tuamq;  
 Quæ, nisi te solo, caussa, tuente, perit.  
 Non tibi erit utilis tua gloria: fortis in hostes  
 Proq; illa dextra uindice tela feres.  
 Obtritos uictor pedibus calcabis acruos,  
 Et statues Martis clara trophæa tui.  
 Quod tempus quando hæc fient, properantior Eos  
 Purpurea ut luteis afferat orta rotis:  
 Occurrant animo rabies hostilis, & astus,  
 Iunctaq; uesanis iurgia sæda minis.  
 Nam furor augetur uires capiendo, tumultus  
 Inq; dies crescit barbarus, inq; dies.

ISAIAE PROPHETÆ CONTRA  
 eosdem. Isaia: XXXIII.

**H**eu scæuus quantas in nos equitumq; cateruas  
 Hostis, & innumero milite signa mouet,  
 Malet ut infestus cœlestia uerba professos,  
 Et tenues terræ depopuletur opes.  
 At tu chare parens nostros miserate labores,  
 Ne tam præcipiti tempore differ opem.  
 Adfere nos uindex, illo fortisq; tuere  
 Quo magno dextræ robore cuncta potes.  
 Omnia plena metu, sint omnia plena tumultu,

Vlrici

Vlrici uictor quã gradiere pede.

Rustica damnosus segeti ceu turba locustas  
 Conficit, aut muscas fortior aura fugat:  
 Sic tibi grata tuo auxilio conturdat ut hostes  
 Gens freta, in turpem conyiciatq; fugam.

## HIEREMIÆ PROPHETÆ,

Hier. XIII.

**M**agna pater, magna impietas est nostra, sumusq;  
 Non ullum ueriti sustinuisse nefas:  
 Digni ideoq; pati quas pœnas cunq; mereri  
 Turba potest, utijs conscclerata suis.  
 At quia te nihil est quidquam mansuetius uno,  
 Ac miseris placidum culpa professa facit.  
 Parce bonus, parce omnipotens, portuq; salutis  
 Excipe quassatæ naufraga membra ratis.  
 Vnica tu dubijs rebus fiducia, solus  
 Ipse iuuare soles, ipse iuuare potes.  
 Cur uelut aut hospes sis, aut alienus, in istis  
 Nos potes heu fractos deseruisse malis?  
 Es cur inuicto pectus ceu robore fultus,  
 Qui tamen haud ulla parte iuuare uelit?  
 Aut aliquis ueterum uasta de gente Gigantum,  
 Qui non sit præsens, auxiliumq; ferat?  
 Qualescunq; sumus, noster tu rexq; paterq;  
 Nomine deq; tuo gens tua dicta sumus.  
 Rex populum, natosq; parens, de nomine dictam  
 Ergo tuo gentem protege summe Deus.

E I V S D E M.

Hier. XV.

B 5

Assis

**A**spicis hæc magni moderator maxime cæli,  
 An non sunt oculis subdita cuncta tuis?  
 Eheu quàm duris agitant nos sæua procellis,  
 Quæ sunt innumeris tempora læta malis.  
 Hoste sub infesto patriæ iacet ora, nec unus  
 Est miseros uexat quo ferus ille, modus.  
 Quo merito nostro? nullo: tua nomina propter  
 Sed Deus, & uerbi dogmata uera tui.  
 Causa mali nobis, quod te Dominumq; Patremq;  
 Doctrinæ sequimur sanctæq; iussa tuæ.  
 Nec tua magne Deus nos dextra tuebitur, istis  
 Inq; malis dura mente negabis opem?  
 Non ita defendes uno te uindice fretos,  
 Defendes famæ nomina clara tuæ.  
 Iam Deus ultor adest: proh quantas impia pœnas  
 Turba lues, quantis & feriere malis?  
 Non tibi doctrinam dabitur delere salutis,  
 Pro uerbo pugnat nam Deus ipse suo.  
 Verbo quo solo mentes curæq; leuantur,  
 Et mœror tristi pectore pulsus abit.  
 At quæ te contra fecit dementia nostrat  
 Omnia Lethæis mersa ferantur aquis.  
 Culta piæ nobis prosint tua sacra, nec unquam  
 Quod læsit nomen lingua proterua tuum.  
 Quod non arrisit stulti sapientia mundi,  
 Quæ placuisse Deo dedecus esse putat.  
 Profit nos istas pœnas meruisse fateri,  
 Iram nec tristi mente tulisse tuam.  
 Sin minus, implacidus nostrum augebisq; dolorem:  
 Quæ fortuna tuæ postmodo gentis erit?

scilicet

Scilicet ad sanum tunc uulnera nostra coibunt,  
 Horrebunt medicas cum nigra facta manus?  
 Sed non iste metus, bonitatis fonte perenni  
 Quæ manat, quando restitit unda tuæ?

EIVSDEM, THRENORVM  
 V.

**T**ristia lugubri nos carmine fata gementes,  
 Aspice siderea mitis ab arce Deus.  
 Hostis habet patriam, miseri regnoq; domoq;  
 Exutiq; bonis turba uagamur inops:  
 Orba parente sua solis ceu filia terris,  
 Filius ignotis aut sine patre locis,  
 Mercari propriam sitientes cogimur undam,  
 Argentesq; auido ligna cremanda foco.  
 Tristia ne perimant corpus ieiunia, uictus  
 Tendimus Buphrates, ac tibi Nile manus.  
 Et tamen obtingunt quæ duro alimenta labore,  
 Quis potis est illis absq; dolore frui?  
 Nam requiemq; negat fœsis, urgetq; tyrannis,  
 Colla sub imposito pondere nostra gemunt.  
 Inde fit, ut ueluti calidis ambusta caminis,  
 Deformet nigro membra colore fames.  
 Erepta tristes flent uirginitate puellæ,  
 Plurimaq; infandum fœmina passa nefas.  
 Quid memorem cædes regum, suffixaq; dextra  
 Barbarica fœdæ corpora clara cruci?  
 Curia prætexto luget spoliata senatu,  
 Exornat canos purpura nulla patres,  
 Flos iuuenum cæsus pallentibus occubat umbris,

Aut fert captiua turpia uincla manu.  
 Tibia nocturnis auditur nulla choreis,  
 Iactantur læto carmina nulla foro.  
 Quid moror infelix? perierunt omnia nobis  
 Gaudia, & est heu tota sepulta salus.  
 Atq; equidem tanta non cæca est caussa ruinae,  
 Ianua aperta nimis libera nequitiae.  
 Crimina nec tantum nos, impietasq; parentum,  
 Vita magis miseros turpiter acta premit.  
 Illa facit tristi tumeant ut lumina fletu,  
 Anxietas animi crescat ut illa facit.  
 Illa Sionæ deiicit culmina templi,  
 Quæ tegit agrestes uasta ruina feras.  
 At nunc quod peccasse pudet, quod sensibus imis  
 Arrodens pungit pectora mæsta dolor:  
 Nulla ne, cui non est numero finita potestas,  
 O ortus expers interitusq; Deus:  
 Nulla erit ærumnis finis concessa, nec unquam  
 Exiet e Stygijs nostra carina uadis?  
 Aspice nos clemens, licet & grauiora meremur:  
 Ne tamen æternum projice chare parens.  
 Ad te sed conuerte, nouo tibi fœdere iunge,  
 Conemur sanctas ut prius ire uias.  
 Pristina quo tandem miseros fortuna reuifiat,  
 Rursus & in solido nos tua dextra locet.  
 Nam nimium, quamuis iuste, tua seuijt, ultra  
 Iamq; in tot passos nil habet ira loci.

DANIELIS PROPHETÆ DE  
 peccatis populi sui lamentatio.

Dan. IX.

Quem

**Q**uæ mare, quæ tellus, quæ quod tegit omnia cœli,  
 Summe Deus, mundi machina tanta tremis:  
 Irrita non ullo quod sunt tua tempore dicta,  
 Qui certa firmas fœdera pacta fide,  
 Et bonus es cunctis, cura tua iussa fideli  
 Qui peragunt, solum te Dominumq; colunt:  
 Eheu iusticia fœda de mente fugata,  
 Abramo soboles inficianda patri,  
 Æternum sic te rerum Dominumq;, Deumq;  
 Spreuimus, addentes in scelus omne scelus:  
 Ut uirtus, ut amor reſti, pietasq;, fidesq;,  
 Occiderint mores cumq; pudore boni.  
 Non deerant animo procul euentura uidentes,  
 Qui canerent pleni fata futura Deo,  
 Qui reges Solymos, patres populumq; monerent:  
 Crimen, io saluus qui cupis eſſe, fuge.  
 Discere iusticiam, reſtum defendere, uerbi  
 Et sit iussa Dei maxima cura sequi.  
 Namq; graues instant motus, ac tristia bella,  
 Ni laſi fiet mitior ira Dei.  
 Talia sed uatum uenturae nuncia cladis  
 Spreuimus, hoc ueram tempore naſta fidem.  
 Prostrati horribili preminur quo mole malorum,  
 Plurima quæ in nostrum procubuerit caput.  
 Nam simulac uerſis Solymis crudelia nobis  
 Vincula captiuas impedire manus:  
 Quæ nam quæ nostri tellus non plena laboris,  
 Pignora Iudæi multa pudoris habet?  
 Ipse Deus iustus, nec es horum cauſſa malorum,  
 Exily cauſſa eſt maxima quiſq; ſibi.

Crimina fecerunt, Solomonia diruta templa,  
 Hostis & est nostros quòd populatus agros.  
 Crimina fecerunt, uinctis quòd turba lacertis  
 Abstracta, ingemuit rura laremque suum.  
 O igitur meritò pudeat populumque patresque,  
 Consciis & turpes stet rubor ante genas.  
 Turpati pudeat scelerato pectoris ausu,  
 Legibus adfectus prae posuisse tuis.  
 Ira Dei iusta est, nec nos meruisse negamus,  
 Iusta tui miseros fulminis ira premit.  
 Sed cum summa tamen tua sit clementia, magno  
 Namque Deo quid nam mitius orbis habet.  
 Spes non parua subit nobis, aliquando daturum  
 Naufragio populi littora tuta tuis  
 Nam solet esse tuum non implacabile numen,  
 Si modò peccati pœnituisse uides.  
 Pœnitet ò toties legum contraria iussis  
 Audendo, fieri non puduisse reos.  
 Pœnitet & uatum monitus spreuisse, uidentum  
 Ponere quæ lædunt facta proterua Deum.  
 Totaque cum fœde uisacidum gens impia peccans,  
 Ausa sit infandum per scelus omne nefas:  
 Iam pœnas etiam nos pendere iure fatemur,  
 Quas scriptis Moses prodidit ante suis.  
 Faticano contra nos cuius ab ore projectæ,  
 Tam certa dira non caruere fide:  
 Agmina circumstent aded ut nunc densa malorum,  
 Talia deuotos tantaque damna premant:  
 Qualia nec prima nascentis origine mundi  
 Aut tulit, aut unquam gens feret ulli sequens.

Ipse Deus iustus, nostri nec caussa doloris,  
 Caussa sibi damni maxima quisq; sui.  
 At nobis si mens non prorsus cæca fuisset,  
 Traxissent populum nec sua fata reum:  
 Omnia quòd facile poterant uitando caueri,  
 Quàm nunc ne minimum quod quereremur erat?  
 Saltem aliquis nostrum tendens sua brachia cælo,  
 Numen adorasset supplice uoce tuum,  
 Vt nobis animos sese peccasse dolentis,  
 Quiq; emendarent facta priora, daret:  
 Aut tua uicta foret lachrymis clementia nostris,  
 Aut certè tantis pars bona dempta malis.  
 Tu iustus, tua facta Deus sunt omnia iustat  
 Nos iniusta sumus, nos mala turba sumus.  
 At quondam adsertos ô rerum maxime, forti  
 E' Pharia duxti qui regione manu:  
 Nomen & inde tenes magnum ac memorabile, fama  
 Quod nitidi impleuit solis utrumq; latus:  
 Heu nimium miseri, nimium peccauimus, heu nos  
 Iure agitant sæuis tempora facta malis.  
 Nunc sed ab admissis nostris tua mollior ira  
 Fiat, & ô populi respice damna tui:  
 Augustæ propter laudis tua nomina, propter  
 Omnia iusticiæ maxima facta tuæ.  
 Sit modus ærunnis, euersaq; templa resurgant:  
 Quæ quoties subeunt, lumina nostra madent.  
 At tu ne serui lachrymasq; precesq; repelle,  
 Qui iaceo uultum flebilis ante tuum.  
 Aspice nos, tantum quæ contraxere malorum  
 Crimina condonans, auxiliumq; refer:

Augustæ



Augustæ propter laudis tua nomina, propter  
 Quem nostra est natum terra datura tuum.  
 Non nos iusticia freti pater optime nostra,  
 Has querulo mæsti nunc damus ore preces.  
 Nam fieri possit meriti quæ gratia tanti,  
 Quæ nobis ualeat conciliare Deum?  
 Ante tuos uultus tua nos clementia sistit,  
 Et quæ spes tota est in bonitate tua.  
 Ah Deus audi igitur, Deus ah miserere: salutis  
 Ah nobis placidus limina pande Deus.  
 Augustæ propter laudis tua nomina, propter  
 Æternæ famam quam pietatis habes.  
 Tristibus ut tandem uersis ad prospera fatis,  
 Fas patriæ antiquum sit reparare decus.  
 De sancto nec enim Solymorum mœnia quondam  
 Nequidquam fuerunt nomine dicta tuo.  
 Aut ipsi Isacidum pars exiguissima gentis,  
 Quantumuis miseri, non tua turba sumus.

ABACUCI PROPHETÆ, PRO  
 communi magis pœna omnium, quàm sua  
 culpa in exilio Babylonico calamitosis.

Abac. IIII.

**I**ncluta qui norit quæ sint præconia famæ,  
 Quæq; tuæ laudis gloria sine caret:  
 Quis te summe Deus, Deus augustissime, quis non  
 Horreat, & iusto mentis honore colat?  
 Certè ego cum repeto, quorum mihi cana senectus  
 Est autor, dextræ fortia facta tuæ:  
 Te metuo, numenq; tuum uenerorq;: sit inde

Tantaq;

Tantaq; quæ fecit colligo quanta manus.  
 Tu cum per duras agitur fors nostra procellas,  
 Iamq; undas puppis naufraga iamq; bibit:  
 Non quassata ratis laceratæ membra relinquis,  
 Non importunus præcipitata premis.  
 In medijs seruare malis, tua littora tuta  
 Et dare dextra potest, & dare dextra solet.  
 Quod ne quis dubitet: annalibus eruta sacris  
 Quæ facient certam, quantaq; gesta fidem?  
 Thariadas duri retinebant uincla tyranni,  
 Nilus ubi Ægypti fertilis arua rigat.  
 Iamq; uidebatur spes nulla relicta salutis,  
 Nullus & exilij, seruitijq; modus:  
 At tu fecisti tota lugente Canopo,  
 Non modò ne nodis crura ligata forent:  
 In loca sæcundis uerùm quoq; pingua glebīs,  
 Quosq; Palæstinus diues habebat agros,  
 Per saltusq; Paranaeos, per & hosticæ regna,  
 Munisti nobis, quæ graderemur, iter.  
 Res tales tantasq; gerens, tua maxime uindex  
 Ut duplicem implevit maxima fama polum,  
 Iuerit & laudis per cunctas gloria terras,  
 Quæ Sol occiduus, quæ facit ortus iter.  
 Ipse quidem superis qualis quantusq; uideris,  
 In populo non es uisus adesse tuo:  
 Nam maiestatem nunquam mortalia possunt  
 Lumina, præsentis sustinuisse Dei.  
 At lux ut prodit flammis Hyperiona cinctum,  
 Cum pressus cæcis nubibus ipse latet:  
 Sic tua dextra operum claro fulgore coruscans,

Non passa est numen delituisse tuum.  
 Vel tumida irati quando præcurreret ora,  
 Sæua ferens hosti tristitia damna lues,  
 Et comitaretur te mors pecudumq; hominumq;  
 Nullaq; non esset funere mæsta domus:  
 Quæ uel Erythræi pelagi rubet unda, Pharonis  
 Obrueres medio castra ducesq; freto.  
 Ut qui, ceu montes qui uertice sidera tangunt,  
 Nubila tollebant penè sub ipsa caput.  
 Submersi ponto, miseriq; humilesq; docerent,  
 Quantum hominum præstet uiribus ira Dei.  
 Æthiopum nam quòd magalia tantus agebat  
 Et Madianitidum territa castra metus:  
 Ecquid erat caussa, nisi quòd fortissime rerum,  
 Pro nobis aderas in statione Deus?  
 Utq; prius fuerat diuisa per æquora uecto,  
 Curribus in nostris palma relata tibi:  
 Sic tunc contendens promissum fortiter arcum,  
 Spargebas certa spicula certa manu?  
 Non deserta Arabum sterilis consurgit aratro  
 Per loca, nec soles eruta cernit humus:  
 At quater ipse tamen denis sine frugibus annis  
 Pauisti inculto millia multa solo.  
 Quid loquar, ut uirgæ cautes eruperit ictu  
 Currente is largi fluminis instar aquas?  
 Facta ministraret cum nullos terra liquores,  
 Siccaq; torreret guttura anhelata sitis.  
 Nec uerò Pharia nostris regione tulisti  
 Aduersis duro tempore rebus opem,  
 Nec uerò auxilio Sinæ loca uasta colentes

Textisti clemens, praesidioq; tuos  
 Et non Iordanis patuere ubi flumina, fontis  
 Inq; caput uersa est unda supina sui  
 Nos tua cura Deus, fouit tua dextera, numen  
 Et nobis praesens sensimus esse tuum?  
 Cum rueres etenim saeuos metuendus in hostes  
 Isacidis tellus quos Cananaea dabat:  
 Quis tandem nescit montes tremuisse pauore,  
 Ferre nec aduentum sustinuisse tuum?  
 Quis nescit ualles, quis campos, flumina, fontes  
 Attonita ingenti debilitata metu?  
 Non ullus, fasbis gelidum pallore timorem  
 Regibus, in trepido pectore sanguis erat.  
 Tollebat palmas, tollebat ad aethera uoces,  
 Territa cum ducibus subdita turba suis.  
 Quid uero auderent quicumq; obsistere noi is,  
 Armaq; te contra ferre scelesti Deum:  
 An non fregisti uictor, ceu sole calente  
 Turba terit messes rustica triticeas?  
 Tempore non illo solum quo Iosua regum  
 Inuicto praesit colla superba pede,  
 Et Phaebus cursum, naturae iure represso,  
 Ac uos lunares sustinuistis equi:  
 Quo pluuia lapidum iaculatus es aethere toto,  
 Vindice torsisti flammea tela manu:  
 Quo sunt occisi tot millia, caerulea Meri  
 Sanguine ut effuso decolor iret aquae:  
 Verumetiam Heberidos cecidit cum Sissara dextra,  
 Praesit & immundam sanguinolentus humum.  
 Cum Gedeon iussus cultus abolere Baalis

Paruit, & spolijs plenus ab hoste redit:  
 Quam uita longè plures qui morte peremit,  
 Pro populo Sanson cum tulit arma suo,  
 Ipse Palaestinos uel deniq; conuudit hostes,  
 Helcana cretus qui genitore fuit.  
 At simul imperij ratio mutata, ducumq;  
 Regibus est gentis tradita cura loco.  
 Si peterent, illis ad opem tua prompta ferendam,  
 Auxilium quo non tempore dextra tulit?  
 Neu referam cunctos, an non tibi tempore tristi  
 Isaias semper maxima cura fuit?  
 An non conficiens te bella fauente, coëgit  
 Turpia captiuos uincula ferre duces?  
 Testis Idumæa est, tellus Ammonia testis,  
 Quiq; Palaestinam, qui Syriamq; tenent.  
 Ceu capite orbata, trunco quæ corpore regni,  
 Hebræum gentes sustinuerunt iugum.  
 His ergo cum sit clarum, te rebus in arctis,  
 Et posse, & populum uelle iuuare tuum:  
 Numina nunc etiam tua sint præsentia nobis,  
 O pater, ô populi cura salusq; tui.  
 Aspicias Assyrius quanta feritate tyrannus,  
 E' nostra prædam gente cruentus agat,  
 Ut quasi tempestas armorum turbine uastet  
 Omnia, Iudææ quæ patet ora plagæ.  
 Nec contentus eo, ceu sit qui talia iusto  
 Aspiciat uultu, nullus ubiq; Deus:  
 Insuper insultet damnis, miseranda superbus  
 Imposito calcet fataq; nostra pede.  
 Hic igitur, sedes sæui Babylonq; tyranni

Ultrices tibi fac sentiat esse manus.  
 Fac ferat iniusti iustissima præmia belli,  
 Ut pereat, quo nos perdidit ille modo.  
 Perdidit heu miserè miseros, nullumq; reliquit  
 Indicium decoris quod fuit ante tuis.  
 Victor equus quondam, nunc palmæ oblitus honores,  
 Vix genua in medio, uix trahit ægra luto.  
 Deficiunt ipsos uires, iacet in lyta uirtus,  
 Prorsus & armorum gloria fracta iacet.  
 Quæ cum sit qualis, qualis fueritq; recordor,  
 Et subeunt animum tempora prisca mecum:  
 Incolumis regno cum res Iudæa maneret,  
 Curreret & solido firmior axe rota:  
 Exedit heu mœstas penitus mihi cura medullas,  
 Duraq; tabificus contrahit ossa timor.  
 Non iuuat ora cibus, tristem diffundere uultum  
 Nec mihi luce libet, nec mihi nocte licet.  
 Fecisses utinam quidquam ne tale uiderem,  
 Venisset pridem funeris hora mei.  
 Non certè patriæ superesse, uidendaq; nunquam  
 Cogerer assueti linquere tecta laris.  
 Hei mihi post annos aliquot, cultoribus orbæ  
 Quæ terræ facies, quis status huius erit?  
 Non olcæ baccas pingues, non pampinus uuas  
 Vitea, non ficus dulcia poma feret.  
 Semina non quisquam sulcis committet aratis,  
 Cum spinis crescet nil nisi gramen agris.  
 Non stabunt ualidi plenum ad præsepe iuueni,  
 Non pecus in latris luxuriabit agris.  
 Sed quid ego queror hæc? quasi non populiq; lociq;

Aduersa motus conditione sui:  
 Sit respecturus, tandem rebusq; daturus,  
 Ut spiret nostris mollior aura, Deus.  
 Respiciet: uatum quid enim sint irrita dicta?  
 Et redict nobis quod fuit ante decus.  
 Thariadæ uindex promisso semine cretus,  
 Cum ueniet populi maximus ille sui:  
 Res fortunata lapsus qui sorte nouabit,  
 Utq; suis currant aurea secla, dabit.  
 Impius ergo hostis quamuis furor omnia uastet,  
 Tristius & nostris nil queat esse malis:  
 Credite, tempus erit, misero quod corda dolore  
 Confectis, rursus gaudia summa feret.  
 Tempus erit, qui nunc ridet mala nostra, nec ullum  
 Sæuitiæ nouit hostis habere modum:  
 Cum flebit, meritas pendet cum sanguine pœnas,  
 Et mala quæ nobis intulit, ipse feret.  
 Tunc iusta implebit præcordia nostra uoluptas,  
 Nullus & in toto pectore mæror erit.  
 Tunc cantus animi læti argumenta sonabunt,  
 Icta pios reddet pollice chorda modos.  
 Ut pedibusq; leues pernicious ardua cerui  
 Veloci cursu per iuga membra ferunt:  
 Sic augusta tuæ cantantum nomina famæ,  
 Dum iuuat ad numeros membra mouere sacros:  
 Nostra Deus duces sublimi corpora gressu,  
 Lætiæ æternum nec modus huius erit.

NEEMIAE, PRO RESTITVTIONE  
 populi ab exilio Babylonico. II.

Macab. I.

Magne

**M**agne Deus, quæcūq; iacent, quæcūq; mouētur,  
 Cuius habent caussas munere cuncta suas:  
 Terribili ac forti cui maiestate timendo,  
 Iusticiæ bonitas temperat æqua manum:  
 Qui das iura polo, terræq; marisq; profundo,  
 Æterna imperij quæ ditione premis:  
 Qui nobis larga donas tua munera dextra,  
 Et ueluti cornu diuite fundis opes:  
 Solus & omnipotens, immensus solus, & omni  
 Principio prior es, sineq; posterior:  
 Isacidis duro saluos qui tempore præstas,  
 Auxilioq; leuas omnia damna tuo:  
 Isacidas, toto mundi de corpore lectos  
 Sacraſti propria quos tibi sorte pater:  
 Accipe quæ pura ferimus libamina dextra,  
 Pro populo sit & hæc uictima grata tibi,  
 Accipiensq; preces, uindex nos adſere noſter,  
 Rursus & in populi gente repone tui.  
 Collige diuerſis, patria tellure carentes  
 Hostilis miſeros quos tenet ora, locis.  
 Vincula quæ patitur ſerua ceruice, reſulſo  
 Colla gerat rurſum libera turba iugo.  
 Quos omnes genteis iactatos mille periclis,  
 Congressu prohibent alloquioq; ſuo:  
 His cumſulata nouæ redeant ſplendorq; decusq;  
 Quod clarum fame nomen & antè fuit.  
 Quoq; ſciant Phœbo ſub utroq; iacencia regna,  
 Te curam uerè gentis habere tuæ:  
 Redde illis, qui nos cumq; oppreſſere ſuperbi,  
 Calcantes duro ſub pede colla, uicem.



Ut simul ad Solymas sedes loca sancta reuersis,  
 In patrio dederis uiuere posse solo:  
 Tum rursus fortuna loci caput efferat huius,  
 Ac nobis tandem tempora pacis eant.

ADAMII SIBERI PRO  
 feuchon pro Ecclesia liber  
 Secundus.

ASAPHI PSALTAË, CONTRA  
 Antiochum Epiphanem, de libro Psal-  
 morum Dauidis, Hymno  
 LXXIX.



Quam tibi legisſti populis Deus omni-  
 bus, orbem

Quæ terræ liquidis circuit æ-  
 quor aquis:

Obruimur ſæua miſeridum mole  
 malorum,

Heu quanta eſt gentis facta ruina tuæ?

Nam qui te genitor nullo dignatur honore,

Sed ſine re numen nomen inane putat,

Barbarus, innumero uastaui milite noſtram

Et ferro & flammis depopulatus humum.

Tecta, quibus precibus facili bonus annuis aure,

Polluit impuris non temeranda ſacrīs.

In cineres uertit celſis cum mœnibus urbes,

Factus & eſt, micrus qui fuit ante, ſolum.

Nullum in cæde nefas, dextra nec uulguſ inerme

Maclare armata credidit eſſe ſcelus.

Corpora

Corpora quid referam nil iam debentia terris,  
 Quod rostris auium dilaceranda dedit?  
 Sanctorumq; forent rabidarum præda ferarum,  
 Omnibus abiecit uiscera sparsa locis?  
 Hinc factum est, ut quò torqueres luminis orbes,  
 Sanguine, ceu pluuia terra nataret aqua.  
 Et fœdè sine funeribus, sine honore sepulchri,  
 Nunc etiam campos ossa inhumata premant.  
 Ista tulisse parum est, nostris uicinia tota  
 Eheu letatur turba scelesti malis.  
 Quos tibi dilectos animo indignante ferebat,  
 Altius & reliquis exeruisse caput:  
 Urgeri fatis postquam nunc cernit iniquis,  
 Qualia crudeli gaudia mente capit?  
 Vulnere quo risu, quibus o sannisq; retractat  
 Cruda, cicatrici nec sinit esse locum?  
 Quæ cum iuste Deus uideas, iræ ne recondes  
 Placatus miseris fulmina sæua tuæ?  
 An uerò à nobis prorsus tua cura recessit,  
 Vltima erit tantis hora nec ulla malis?  
 At certè lapsis aliàs succurrere rebus,  
 At miseros omni parte iuuare soles,  
 Et dare commissis ueniam, pœnasq; leuare,  
 Nec frustra mitis nomen habere patris.  
 Et tua nos contra tamen ut iam prodeat ultra,  
 Quis restat quò se porrigat ira gradus?  
 Vltima quæq; sumus passi, non ulla ruina,  
 Plaga noua in nobis non habet ulla locum.  
 Quare age summe parens fiant tua mitia, fractis  
 Et rebus populi numina prona tui.

Vt pereantq; Deum qui non nouere, furoris  
 A nobis aliò fulmina uerte tui.  
 Impia regna feri, pugnaces protere gentes,  
 Materia est iræ iustior illa tuæ.  
 Ne' ue impune' ferus tot desolauerit hostis  
 Omnibus ablatis mœnia nostra bonis:  
 Igne tot & ferro, laqueo iugularit & undis,  
 Te Dominum casta qui coluere fides  
 Sustulerit leges, calcauerit omnia iura,  
 Cumq; tuis ipsum iusq; piūq; sacris  
 Redde uices, damni cladesq; ulciscere nostri,  
 Sæuiciæ capiat præmia digna suæ.  
 Magna nimis petimus, factis nec debita nostris,  
 Quæ nobis iræ caussa fuere tuæ:  
 At per te, famæq; tuas præconia laudes,  
 Per quod & æterno tempore nomen habes:  
 Victa romollescant precibus tua numina nostris,  
 Qui numero exigui turba relicta sumus.  
 Defluat ex animo tibi fac quodcunq; malorum,  
 Vita nocens nimium nostra patrare tulit.  
 Sit tua criminibus maior clementia, rebus  
 Et bonus adstrictis (nam potes) adfer opem,  
 Heu cur obijciant hostes: Vbi nunc, ubi nunc est,  
 In quo præsidij spem posuere, Deus?  
 Egregium uerò numen, quod tempore duro  
 Non iuuat, & stulta credulitate mouet.  
 Hoc pater hoc auerte scelus, linguasq; proteruas  
 Sacrilegumq; tuo perde furore genus.  
 Ante oculos nostros fuso pro sanguine iustas  
 Vindice te, pœnas quis meruere, ferant.

Exemplo

Exemplo monitæ metuant tua numina gentes,  
 Atq; aliquem discant esse putare Deum:  
 Esse Deum, cui sint curæ mortalia, nunquam  
 Et qui credentum mors sit inulta, finit.  
 Hoc abs te gemitus hostilia uincla ferentum,  
 Hoc nondum populi turba perempta petit.  
 Illa perempta quidem nondum: tamen omnibus horis  
 Expectans strictas in sua fata manus.  
 Non agnis ut sit iam tutior, hostia templis  
 Sacrifici dextra quæ feriente cadunt.  
 At quæcunq; loqui turpi uicinia lingua  
 Barbara, sacrilego dicta jurore tulit,  
 In damna insultat dum nostra superbior, ullam  
 Ifacidum curam nec putat esse tibi:  
 Illorum cumulans regere in caput omnia uersa,  
 Fœnore cum magno multiplicata, pater.  
 Ore iaci discant ut non sine fraude scelesto,  
 De rerum Domino uerba proterua Deo.  
 Sic tua plebs, ut oues qui per tua prata uagamur,  
 Quæ sunt doctrinæ pascua læta tuæ:  
 A' te seruati, nullo non tempore lingua  
 Dicemus grata, carmina grata tibi.  
**EIVSDEM, CONTRA EVNo**  
**dem. Psal. LXXX.**

**Q**ui regis Ifacidas, ut ouem qui pascis Ioseph,  
 Accipe non dura quas damus aure preces.  
 Surge, ueni, ser opem, quo templo fœderis arca est  
 Condita, terga sedens qui Cherubina premis.  
 Qui stas Rachelidæ ante, auxiliare, tuæq;

Maxima

Maxima uirtutis robora prome Deus,  
 Consolare tui placido nos lumine uultus,  
 Et fuerit miseris reddita certa salus.  
 Irrita cur sacris quoties aduoluimur aris,  
 Cogimur à templo turba redire tuo?  
 An nos reijcies bonus ante, nec ulla fauoris  
 Rebus erit populi mollior aura tui?  
 Tristia suppeditas panes alimenta dolorum:  
 Et leuat, ex oculis quæ cadit unda, sitim.  
 Immani fractos uicinia diripit ausu,  
 Et gaudet quisquis tot mala ferre uidet.  
 Consolare tui placido nos lumine uultus,  
 Certa aderit miseros si tue are salus.  
 An non, translata est uitis tibi fertilis olim  
 Quæ Pelusiaca de regione, sumus?  
 Hanc, pulsas has qui sedes tenuere colonis,  
 Accepit gremio terra subacta suo.  
 Et iam lætifica pubescens stirpe, replebat,  
 Palmitibus colleis planiciesq; suis.  
 Aërijs Libani cedris procerior, umbra  
 Et tumidos montes & iuga summa tegens.  
 Multiplici errabat lapsu radicibus actis,  
 Serpebat tenero palmite malleolis.  
 Quæq; Tyrum pontus, medijq; Semiramis, urbem  
 Deducta Buphratis quæ rigat unda, tuam.  
 At nunc (ô miseram sortem) munimina uitis  
 Cur pateris rabidas diripuisse feras?  
 Irruit & fluis qui plurimus exit, honorem  
 Illius sædè depopulatur aper.  
 Irruit, & teneros incidit falce racemos,

Ignibus & sæuis hostica turba cremat.

Consolare tui placido nos lumine uultus,

Quæq; fuit, gentis sit tibi cura tuæ.

Quam tua conseruit, curet quoq; dextera uitem,

Quo cumulent plenos pinguia musta lacus.

Vastificus det aper pœnas, det & impius hostis:

Ut quæ damna tuis intulit, ipse ferat.

Ante tibi electos mundi primordia, serua

Ut celebret nomen gens tua grata tuum.

Ut quàm uita diu nobis, tua dona, manebit:

Te mens nostra colat, te ueneretur, amet.

Consolare tui placido nos lumine uultus,

Et ueniet nobis non dubitata salus.

#### IUDÆ MACABÆI, CONGRESSVRI

cum Lysia, duce exercitus Antiochi

Epiphanis. I. Macab.

#### IIII.

**Q**ui terras cœlumq; Deus sublime gubernans,

Inclita perpetuæ nomina laudis habes:

Strauit ut immani Dauides mole Golian,

Ipse licet pugnae non satis aptus erat:

Perculit ut tantum Ionathas adiutus ab uno

Armigero, hostiles agmina tota manus:

Sic quoq; sic precor hanc nobis da sternere, telis

In nos quæ infestis obuia turba ruit.

Martia nil quidquam Lysian tormenta, nec enses,

Copia non peditum, non equitumq; iuuet.

Incute torpentem pavidis, gelidumq; timorem,

Ante tubam ignauis turpiter arma cadant.

At nobis,

At nobis, o spes gentis fidiſſima noſtra,  
 Da ueniat uictrix munere palma tuo.  
 Quæ patet orbis iter, quiſquis tua nomina nouit,  
 Sic tua concelebret maxima facta Deus.

SACERDOTVM CONTRA NICA-  
 norem, Demetriani exercitus ducem.  
 I. Macab. VII.

**T**empla, Deus, noſtri tibi quo mandante parentes  
 Iſta Sionæo conſtituere iugo:

In quibus & nomen celebretur, & inclyta fama  
 Quæ tua magnifica gloria laude uiget:

In quibus accipias noſtros miſerate labores,  
 Sollicito mæſti quas damus ore preces.

Nos audi bonus, ac tumidum Nicanora, cunctas  
 Illius & uires perde potente manu.

Vt quia ſac rilegæ meditatæ iurgia linguæ,  
 Dixit in æternum uerba ſceleſta Deum:

Funditus innumero pariter cum milite caſus,  
 Obſcænam fædo pectore plangat humum.

I V D Æ M A C A B Æ I, P R Æ L I O D I -  
 micaturi cum Nicanore. Eodem &  
 libro & capite.

**O** Qui cuncta regis, cui ſunt Deus omnia curæ,  
 Præſidium gentis, conſugiumq; tuæ:  
 Nicanor ſtolidæ iactans conuicia linguæ,  
 In nomen dixit barbara uerba tuum.

Hoc impune ferat, ueluti ſua ſcripta tyrannus  
 Poſtmodo qui nati caſus ab enſe fuit,

Bis centena, minus ter quinis, milia quando  
 Nocte una angelica sunt iugulata manu.  
 Ergo ades, & turmas nobis spectantibus istas,  
 Immenso dextræ robore funde Deus.  
 Impius ut tandem linguæ, mentisq; superba  
 Nicanor capiat præmia digna suæ.  
 Et quiuis discat, nunquam sine fraude prophanos  
 Despicere æterni numina magna Dei.

I. SIRACHI PRO DEFENSIONE  
 populi contra tyrannos.  
 Sirach. XXXVI.

Non Libanus cedros, non Engada balsama flores  
 Aut tot in umbrosis uallibus Hinos habet:  
 Quot mala perpessi fatis urgemur iniquis,  
 Res postquam nostræ procubuere, Deus:  
 Agmina quot iungunt in nos scelerata tyranni,  
 Sæuaq; crudeli milite bella parant:  
 Gentis ut Isacidim perdant & nomen, & ipsis  
 Cum sacris templi tecta colenda tui.  
 At nobis, quamuis nulla pietate meremur:  
 Sis bonus: & miseris, nam potes, affer opem.  
 Non audita unquam, non uisa prioribus annis,  
 Ede tuæ uindex robore facta manus.  
 Colla feri regum, capita impia frange, superbo  
 Qui dicunt, Nulli cedimus, ore, ducum.  
 Qui ueluti non sit cælo Deus, omnia turbant,  
 Ius & habent eodem fasq; nefasq; loco.  
 Fac, ueluti cernunt animo indignante parentis  
 Nos merita nomen tollere laude Dei:



Lumina sic uideant non tristia nostra uicissim,  
 Quæ capient factis præmia digna suis.  
 Collige, consolare, fove, rege, respice, serua,  
 A te quam gentem nomen habere finis.  
 Redde urbem patriam nobis, dulcesq; penates:  
 Redde tuo templo, quod fuit ante, decus,  
 Doctrinæ decus æthereæ, temerandaq; nunquam  
 Cum uerbo quondam tradita sacra tuo.  
 Qui tibi amor fuerat nostri prius, ille perennet,  
 Promissa careant nec tua dicta fide.  
 Dicta, quibus uatum sacro nos ore futuros  
 Pollicitus cura, nostraq; cuncta tibi.  
 Hoc populus rogat, hoc quorum tua templa tueri,  
 Stirpis Aaroniæ tota caterua rogat.  
 Tu genitor, ponti quæ terra includitur undis,  
 Sic dicant laudes uirq; puerq; tibi:  
 Fac rata sint humiles mœsta quæ uoce precamur,  
 Et serua pariter nosq; decusq; tuum.

IESU CHRISTI FILII DEI  
 pro Ecclesia. Ioan.  
 XVII.

A Eterna cuius genitor sum mente creatus,  
 Lux de luce, Deo de genitore Deus.  
 Victus amore tui cœli aurea templa reliqui,  
 Et sum mortali corpore natus homo.  
 Ut quacunq; patet tellus, tua numina cunctis  
 Notificem, donat quos tua dextra mihi.  
 Et iam quem dederas uitæ cursumq; peregi,  
 Claraq; doctrina est laus tua facta mea.

Iam didicere homines uitam aeternamq; salutem,  
 Vnius esse tui cognitione sitam.  
 Ingens, immensus quod sis, iustusq; bonusq;  
 Cuncta creans solus, cuncta tuensq; Deus,  
 Cui sic humani generis iactura dolori,  
 Inuecta anguino fraude dolosq;, fuit:  
 Ut Christum, quo nil terris dare maius habebas,  
 Ætherea sobolem miseris arce tuam.  
 Quem seruatorem quisquis fratremq; professus,  
 Non timido patrem te uocet ore suum:  
 Iusticiæ aeterno redimitus tempora lauro,  
 In regno capiat gaudia mille tuo,  
 Venit seua dies, & ineluctabilis hora,  
 Heu nimis infandi funeris hora mei.  
 Nec uerò cunctos non stat perferre dolores,  
 Et diram forti pectore adire crucem.  
 At quod & infirmum corpus, moribundaq; membra,  
 Non possunt iræ fulmina ferre tuæ:  
 Quam nunc ut placem, quodcunq; admisit ab æui  
 Principijs hominum gens peritura scelus:  
 Post alijs unquam quidquid peccabitur annis,  
 Non merita cogor morte piare meæ:  
 Hoc pro perpetua tua te charissima proles  
 Quo flagras genitor poscit amore sui:  
 Vincere constanti da pectore quidquid acerbi est,  
 Vincula, iudicium, utulera, probra, crucem.  
 Sim letho lethum, Stygij mihi claustra tyranni,  
 Et pateant atræ limina cæca domus.  
 Deuicto cernat sibi me rapere arma scelestus,  
 Qui genus humanum perdidit omne draco,

Arma, mali caussam, peccati iura, necemq;  
 Ultrices flammæ, flagraq; Tisiphones.  
 Ut cælum plenus spolijs inuictus opimis,  
 Sub pedibus uictor cuncta creata premam.  
 Et maiestatis diuinæ luce coruscus,  
 Ad dextram sedeam lætus honore tuam,  
 Qui prius in patrio gremio mihi, maxima mundis  
 Hæc facta est pulchri quàm positura, fuit.  
 Consilium ante tuum non enarrabile cuiquam,  
 Conditaq; arcani pectoris euolui.  
 Exposui uerbumq; tuum, totumq; per orbem  
 Vulgavi, qua uis religione coli.  
 Qui magis ð utinam gratis, nec munera surdus  
 Ad tua, me uellet consuluisse sibi:  
 Quàm mihi dulce mori è furys immanibus ætus  
 At quòd me spernit, quòd tua iussa pater,  
 Quòd nostrum cæcus planè auersatur amorem:  
 Intereat, siquidem depernisse iuuat.  
 His saltem, mihi quos lectissima corda dedisti,  
 Qui seruant firma dogmata nostra fides  
 Qui nos per uitæ discrimina mille secuti,  
 Agnoscunt sobolem me Deum esse tuam:  
 His ergo prosit mea crux, non seua recuso  
 Vulnere, detrecto non ego ferre necem.  
 Tu modò, per mortem dum cuncta in pristina reddo,  
 Viribus cedunt tartara nigra meis:  
 Tu præsens cunctis precor hanc auerte periculis,  
 Quæ tua turba mea est, quæ mea turba tua est.  
 Nam mea quæ, tua sunt: tua quæ, sunt nostra: quod in  
 Pectore iam pridem non dubitante tenent, (psi  
 Gloria

Gloria nulla potest tibi quo contingere maior:  
 Nosse homines Christum, gloria summa Dei.  
 Illorum dulci complexu auellimur, ad te  
 In superasq; ab eo regna beata domos.  
 In superis discedo domos; manet ista meorum  
 Concio, quæ collo est tota ferenda tuo.  
 Fungere chore meis uicibus pater: ante fuerunt  
 Qui nostrum, incipiunt nunc onus esse tuum:  
 Da uera maneant in religione, nec unquam  
 Discordi lacerent dogmata pura sono.  
 Nil agat, insidias in eos componat inanes,  
 Quæq; omni Sathanas furta nouabit ope.  
 Vnum sit perissey satis, quæ fraudibus ille,  
 Et teclis caput callidus insidys.  
 Cætera tuta tuo uiuat sub numine turba,  
 In uerbo unanimi consociata fide.  
 Me tibi teq; mibi ceu mutua fœdera iungunt,  
 Velle tuumq; meum, uelle meumq; tuum est.  
 Hæc te facturum, uel si non ipse rogarem,  
 Sum certus, uerum te tamen illa rogo.  
 Auribus accipiunt hæc ut qui uota precantis,  
 Præsidio capiant gaudia plena tuo.  
 Intrepidi pectus cunctis offerre periclis,  
 In terris fortes aspera quæq; pati.  
 Nam stringent in eos fidas, gladiosq; tyranni,  
 Signa ferent totus quam tenet orbis opes,  
 Flagrantes odio uerbi, quod cuncta reppendit,  
 Immundo mundo quæ preciosa placent.  
 Diligit ille suos: non est de corpore mundi  
 Christus, non Christi nomina quisquis amat.

Optarent equidem terras fugisse, negantes  
 Ad te nequaquam me duce se comites:  
 Sed nimium properant. & quis tua uerba doceret,  
 In uera instrueret quis pietate rudes?  
 Dum tellus uacuo pendebit in aere, caelo  
 Dum certa current sidera clara uices:  
 Ut nomen, laudesq; tuæ celebrata per orbem  
 Et famæ maneat gloria iusta meæ?  
 Ipse pater sanctus, sanctos fac esse ministros,  
 In ueri uerax cognitione foue.  
 Sermo tuus ueri certissima semita, cæco,  
 Quam qui non graditur, quod pede carpet iter?  
 Ut tua dum uixi legatus iussa peregi:  
 Mandati faciant omnia dicta mei.  
 Nec spes destituat, ponantq; ferocia multi  
 Mortales, uerbo corda iubente meo.  
 Quæ rata sint, ipsiq; ferant tua munera digni,  
 Deuoueo genitor meq; meumq; caput.  
 Tu patiare tibi sim uictima grata, tuusq;  
 Sanguinis offensas diluat unda mei.  
 Ut fiant puri, iusti q; tibi q; placentes,  
 Ac nostri æternum pectus amore terant.  
 At neq; præsentis tantum tu care, sed omni  
 Credentium curæ sit tibi posteritas.  
 Doctrinæ faciles aurem quicumq; salubri  
 Præbebunt, certi de bonitate tua.  
 Ut sint concordēs uera pietate, fide q;  
 Sim q; in eis, ueluti me pater, ipse patre.  
 Da quoq;, consortes fuerunt quod mille laborum,  
 At post mortis erunt participes q; crucis:

Æternæ

Æterna mecum sociantes gaudia uitæ,  
 Aspiciant quod habet gloria nostra decus,  
 Gloria, perpetuo quam motus amore dedisti,  
 Quam factum est, fuerat quod nihil ante mihi.  
 Non te iuste pater nouit sapientia mundi,  
 — Purpura non regum, pontificumq; mitræ.  
 Illis es nomen sine re: sunt fabula, nugæ,  
 Et delirantium somnia, uerba Dei.  
 At tua te nouit soboles, tua facta celebrat,  
 Per laudis titulos ingrediturq; tuæ.  
 Hi quoq; te norunt, qui se debere salutis  
 Lætantur grato pectore dona mihi.  
 Quæ ne deficient unquam memorare: retexi  
 Te totum, posthac clarius & retegami:  
 Algida cœlesti flammando corda uigore,  
 Afflatus sacri muneribusq; tui.  
 Ut nostri semper mancant in amore fideles,  
 Ipse in cœcis maneam perpetuoq; pater.

APOSTOLORVM, PRO DEFEN-  
 sione doctrinæ Euangelicæ, contra  
 tyrannicum magistratum.

ACT. IIII.

Qui mare, qui terras, cœlumq; quod imminet illis,  
 Construxisti tantum magne creator opus:  
 Quam uerè quondam diuino carmine, lingua  
 Præscia Iessæi est uaticinata senis?  
 Quis furor ô potuit, quæ tanta insania motu  
 Non profecturo sollicitare malos?  
 Bella parant reges, coniuxta agmina iungunt,

Quos cædesq; iuuant, sauaq; bella duces.  
 Quem contra? Christum contra, Christi q; parciem,  
 Quisquis & à Christo non alienus erit.  
 Euenerè, crucis iudit iudæa perempti  
 Pendere in ligno corpus inane Dei.  
 Quem captum Herodes, Solyma, Pilatus iniquo  
 Impia iudicio turba dedere neci.  
 Non casu: fuerat tibi nanq; hæc fixa uoluntas  
 De nato seclis omnibus ante tuo;  
 Illius creptis ut sanguine faucibus orci  
 Sidereis arces tecta beata dares.  
 Hæc fecisse parum est: fæda conuicia lingua  
 Addunt, crudeles incutiuntq; minas.  
 Tormentis certi captos demittere morti,  
 Qui sequimur uerbi iussa uerenda tui.  
 At tu, si qua tibi est, ut certè est, cura tuorum,  
 Non uis celari qui tua dona Deus:  
 Da nobis animos, da fortia pectora, lingua  
 Edat ut ad flatu libera uerba tuo.  
 Non flammæ faciant, non tetra uenena timorem,  
 Non carcer, ferrum, uulnera, flagra, cruces.  
 Doctrinæ eedant nostræ regesq; ducesq;,  
 Cedat opum quidquid maximus orbis habet.  
 Ad nomen Christi peccatum, tristis Erinnyis,  
 Et fugiat timido mors truculenta pede.  
 Sic te prima colet, sic ultima terra timebit,  
 Digna fide, nati nomine digna tui.

CONTRA HOSTES FILII DEI,  
 de Germanico M. Lutheri.

Aurea

**A** Vrea carulei cœli qui sidera torques,  
 Et freta, cum terris, nigraq; regna quatit,  
 Qui quamuis iustus, quod amas rectumq; piunq;  
 Prosequeris pœnis impia facta Deus:  
 Sapius es facilisq; tamen, ueniãq; paratus,  
 Ac merito mitis nomina patris habes:  
 Non ð non ullas nos commeruisse negamus,  
 Quas par est pœnas impia uita luat.  
 Nam quod non facinus, quod conscelerata nocentium  
 Pectora, non fœdum sustinuere nefas?  
 Vt licet à prima nascentis origine mundi  
 Omnia quis repetens secla priora legat:  
 Nulla queant annis conferri tempora nostris,  
 Quis nomen pietas, nomen inane fides.  
 Attribuas ueniam miseris, patrioq; favore  
 Vindictæ clemens supprime lora tuæ.  
 Aut si uota carent hæc nostra pudore, manetq;  
 Debita iam pridem pœna luenda reos:  
 Tu nos plecte, tu. is satius mitissime rerum,  
 Crudcles hostis quàm subijssse manus.  
 Quàm Sathana subijssse manus, Latiq; Baalis,  
 Et sub quo miserè Græcia pressa iacet.  
 Qui quamuis, quod tu (nam scis Deus omnia) nosti,  
 Nil læsos quo se iure querantur habent:  
 Et nisi tu dederis (illis nam crimina contra  
 Vti ceu uirga uindice, nostra potes)  
 Propterea non esse suum punire nocentes,  
 Seq; sciunt in nos iuris habere nihil:  
 Incensi furij, coniunctis uiribus, cheu,  
 Nos tamen immani perdere morte parant.



Quam uerò propter caussam quòd qualia uellent,  
 In te sunt nondum crimina nostra Deus.  
 Iratos faciunt nobis non turpiter acta,  
 Vita, nec in nomen lingua proterua tuum:  
 Nam lædi, oderunt quia te, tua numina gaudent,  
 Id propter læti factaq; fœda uident.  
 Te solum colimus mundi quòd rector & author,  
 Qui quidq; es fueras, quod fuerasq; manes.  
 Quòd Christum, supera cœli qui sede relicta,  
 Supplicio ut læret crimina nostra suo,  
 Induxitq; hominem, uenitq; salutifer orbi,  
 In cœlumq; suo sanguine fecit iter:  
 Esse Deum sine principio, sine fine fatemur,  
 Æternum æterno de genitore satum:  
 Quòdq; prius quàm Sol, cœlo quàm Luna micaret,  
 Spiritui obscuras qui superibat aquas,  
 Quos patriq; Deo, natoq; adbibemus honores,  
 Atq; humili factus fundimus ore preces:  
 Et sic tergemino uenerantes numine numen,  
 Non uicys quamuis uita scelestâ uacet:  
 Dogmata pura tamen uerbi, moremq; tenemus  
 Sacrorum, priscis qui datus extat auis  
 Prodigiōsa nihil fœdi mendacia Papa,  
 Curantes fraudes nil Mahomethe tuas:  
 Hoc Stygius propter furijs agitatus & ira,  
 Immani turbat cunctâ furore Sathan.  
 Hoc propter Latius scelerum sentina sacerdos,  
 Concitat in nostrum barbara regna caput.  
 Deniq; Turca ferox, longeq; uolante sagitta  
 Pollentes & equis cogit ad arma Getas.

Te coluisse nefas: te, si numeremur in illa  
 Turba pater, uerum quæ negat esse Deum:  
 Si Christum fœdè laceret lingua impia, numen  
 Si dicat fictum spiritus alme tuum:  
 Prob uerò quantum sceleri daret hostis honorem,  
 Quàm nullo armorum sollicitante metu,  
 Mollia securæ peragentes oia pacis,  
 Protegeret ueluti pignora chara parens?  
 Sed conuulsa prius tellus diducat biatum,  
 Ad Styga sulphureo fulminis igne datis,  
 Crimine quàm laudem mercamur turpiter isto,  
 Concipiant tantum cordaq; nostra scelus.  
 Nec tu procytes tibi dedita pectora, digni  
 Non quia nos, numen sed quia mite tuum.  
 Sed quia non tam nostra salus, quàm gloria sancti  
 Nominis hac agitur parte uerenda tui.  
 Non nos inuentam nostra ratione tuemur  
 Doctrinam iniussi per tua templa Deus.  
 Ipse tuus nobis natus deprompta paterno,  
 Attulit è cœlo munera tanta, sinu.  
 Atq; ea non solum totum uulgata per orbem,  
 Deposito iussit concelebrare metu:  
 Cuncta fouente urens nostræ sed & igne medullas  
 Mentis, adest operi dexter ubiq; suo.  
 Inuictas addens uires, ac nescia frangi  
 Pectora, docta minas spernere, docta neces.  
 At uerò cum nos fœdum ceu perdere crimen  
 Ipsius hoc propter munus opusq; uelint:  
 Sublato è terris Sathanas ut nomine Christi,  
 Nos inter nomen possit habere Dei:

Papa suas fraudes, Mahomethi numina mundane  
 Ficta per immensum prodere Turca sui:  
 An dubium, miseris quæ iniuria uenit ab illis,  
 Quin multo, quam nos, te magis illa petat?  
 An dubium, scelus est, uno si numine trinum,  
 Exitio dignum, te coluisse Deum:  
 Non modo quin ipsum sceleris te crimine damnent,  
 Hac qui, non alia uis ratione coli:  
 Pellere siderea sed te quoq; sede furentes,  
 Sis nec ut ipse, tibi sit neq; turba, uelint,  
 Quæ tibi sacra ferat, precibus dominumq; Deumq;  
 Te colat, inq; suis ausit adire malis?  
 Ergo ne nostri, ne cessa criminis autor,  
 Ne cessa forti corripere arma manu,  
 Defendensq; reos soli tibi, maxime uindex,  
 Pro laudis fama suscipe bella tuæ.  
 Adfere saluifici sanctissima dogmata uerbi,  
 Quæ lacerant lingua uituperante, tui.  
 Nos inter firma Christi tibi parta cruore,  
 Quæ regni fieri iura minora uolunt.  
 Sancta uoluntatis tua quæ conuellere pugnant,  
 In terris rata sint effice iussa tuæ.  
 Ut simul ac dextra forti deiiceris illos,  
 Sulphureo in Stygium qui fluit igne lacum:  
 Te solum laudet defensa Ecclesia, sanctum  
 Et celebret nomen tempus in omne tuum.

DE TURBATO ECCLESIAE STATU,  
 & bonorum oppressione querela.

O Pater, ô uirtus patris & sapientia Christe,  
 O Flatus & amborum qui facer ore uenis,

Hosce quis excipiet de relligione tumultus  
 Finis, disidiij quis modus huius erit?  
 Plurima secla tuum sunt per mendacia uerbum  
 Ex quo fœdatum, pro nibiloq; iacet.  
 At nunc doctriinæ qui restituere nitorem  
 Cœlesti, & purè dogmata pura docent,  
 Exilio, uinclis mulctantur, morte: sed aucta  
 Perfruitur cunctis impia turba bonis.  
 Quid pater, ô cessas quid summa potentia? uerax  
 Non certè uanis auxilio esse uoles.  
 At uos cõscelerata cohors, non summa malorum est,  
 Credite, mors quando perditis ipsa pios.  
 Summa malorum aderit iam, iamq; ruina nocentum,  
 Fine grauis pœnæ suppliciumq; carens.  
 Supplicium, series diuini immensa furoris.  
 Heu fuge, dum potes, & dum datur hora fuge.  
 Heu fuge, flamma Dei feruet succensa, securis  
 Arboris ad stirpem, qua cadat ic̃ta, iacet.  
 O' sed ouile tuum, rerum mitissime, dextra  
 A' rabidis arce cunctipotente lupis,  
 Qui nunc ore ruunt in nos sitiente cruorem.  
 Nulla salus, miseros ni bone Christe tegis.  
 Sed neq; non tege nos, neq; stans à parte tuorum,  
 Non famæ laudes adferre, Christe, tuæ.  
 Sis clemens, neq; perpetuò tua scuiat ira,  
 Qualescunq; sumus, nos tua turba sumus.

PRO PIO REGE PROFICISCEN,  
 te ad bellum contra hostes Dei. de  
 Psalmo Dauidis XX.

**A** rma capit patriæ pro libertate, sacrâq;  
 Sceptra tenet regni qui tribuente Deo.  
 Quàm mallet pacem, non hoc finit impius hostis,  
 Qui posuit nostro castra cruenta solo,  
 Sacrilegis urens flammis loca sancta, ferensq;  
 Excidiumq; agris, exitiumq; uiris.  
 At tuus, e' summo cælo, Rex maxime, uota,  
 Accipiat placida quæ facis aure Deus.  
 Et uelut Isaciæ patribus de sanguine, promptam  
 Illius nunquam dextra negauit opem:  
 Te quoq; nunc tanti seruet discrimine belli,  
 Ipse tibi præsens auxiliumq; ferat.  
 Ipse suum propter nomen felicia donet  
 Victori ad patrios arma referre lares.  
 Euenient optata: uiden' rapidissimus exta  
 Ignis de cæli lapsus ut arce cremet?  
 Scilicet ut semper superum tua grata parenti  
 Ante fuit, iussu uictima cæsa tuo:  
 Hæc quoq; grata Deo, uictis decus hostibus ingens,  
 Et belli spondet clara trophæa tibi.  
 Arma igitur ualidas animoso milite turmas,  
 Et comitante Deo prælia fortis adi.  
 Nec te quòd numero uincit, quòd curribus hostis,  
 Terreat, inuito numine signa mouet.  
 Tu quoniam superas caussa, superabis & armis:  
 Crede, Dei forti nomine uictor eris.  
 Curribus excussus fœdabit sanguine, planget  
 Hostis & immundam consceleratus humum.  
 At tu uictrici deuinctus tempora lauro,  
 In niueis rediens aureus ibis equis.

Ducentur

Ducentur captiq; duces, & barbara præda,  
 Lataq; sub titulis oppida uersa suis.  
 Miles io magna geminabit uoce triumphæ,  
 Et sit io dicet laus tibi summa Deus.  
 Tu saluum præstas regem, tibi bellica signa,  
 Fœmineæ cedunt uersaq; terga fugæ.  
 Quòd sacra, quòd leges florent, quòd cætera pacis  
 Commoda, sollicitus quòd metus omnis abest:  
 Quòd patrijsq; focis, quòd rure & prole, pudica  
 Securoq; licet coniuge cuiq; frui:  
 Muneris omne tui est. uires animumq; ministrans,  
 Sub nutu torques qui fera bella tuo.  
 Hæc miles, plausu gentes populiq; sequentur,  
 Iactabunt sparsas & tibi quisq; rosas.  
 O' Deus instinctu cuius sumus ista precati,  
 Vota uelis celeri nostra probare fide.

VT PII FRBTI DIVINO AVXI-  
 lio, quamuis innumerabiles hostium  
 copias ne extimescant: Mosis  
 exhortatio, Exodi  
 XIII.

VOs uerò tristes animo secludite curas,  
 Frigida qui timidis & quatit ossa metum,  
 Ægyptus tergo crudelibus imminet armis,  
 Nec sumus ad pugnam nos satis apta cohors:  
 A' fronte undarum claudit nos obice pontus,  
 Et tellus nostræ non patet ulla fugæ.  
 Quid tamen hoc refert? tam nulla potentia cœli est,  
 Nec feret auxilium, qui tulit ante, Deus?

Præbeat

Præbeat effugium nobis prius æquor oportet,  
 Quæ trita humano est semita nulla pede,  
 Quàm nostro tingat Pharius sua tela tyrannus  
 Sanguine, quæ sumpsit tela uetante Deo,  
 Spes bona det uobis animos, radiantibus armis,  
 Nam quos terribiles lumina uestra uident:  
 Certa loquor, breue tempus erit, cernetis eosdem  
 Diuina misere cum perisse manu.  
 Nec potis est in se pugnanteis ferre, nec ipso  
 Confisos unquam deseruisse Deus.

## IAZIELIS PROPHETÆ. II.

## Paralip. XX.

**P**Aruula quid pauida trepidas formidine, maius  
 Quo nihil est, uerum, turba professa, Deum?  
 Agmina quid telis horres instructa, uirisq̄,  
 In nos quæ dero Marte cruenta ruunt?  
 Pone metus, quamuis flammæ cædemq̄ minetur,  
 Non hosti nostra strage triumphus erit.  
 Crede, fidesq̄; aderit, teget inuictissimus ultor  
 Pro populo præsens tela feretq̄; Deus.  
 Ipse Deus, non uos, sæuum pugnabit in hostem,  
 Solus is innumeri militis instar habet.  
 Vos modò, uos animos ingenti robore sulti,  
 De certo auxilio non dubitate Dei.  
 Quæ Domino fidit, fractus licet irruat orbis,  
 Tuta illo semper uindice turba manet.

## IUDÆ MACABÆ I. I. MACAB.

## III. &amp; IIII.

**H**u pauido timidis tantum scelus excidit ore,  
 Vincemur, nam par quis queat esse Syro?  
 Iam 'ne Deus non est, qui nobis esse solebat  
 Olim, nec cælo bellica palma uenit?  
 Est opus æternæ dextræ uictoria, non hanc  
 Non dare pugnacis militis arma queunt.  
 Et quoties pauci numero, sed numine freti,  
 Fudere innumera castra referta manu.  
 Confusus telis, cælum ipsum territet hostis,  
 Crudeles sauo iactet & ore minas,  
 Matronis, pueris, senibus uim, supra puellis,  
 Et tectis flammam, tela cruenta uiris:  
 At quota pars turbæ est, rubro quæ gurgite quoddam  
 Insano perijt cum duce mersa suo?  
 Nos uotis poscamus opem, Deus ipse suorum  
 Accipietq; preces, auxiliumq; feret.  
 Defendet Deus ipse suositam uindice forti  
 Pectore quis trepido pertimuisse uelit?  
 Et sit ut aduerso nobis sub Marte cadendum,  
 Cur ferrum nolis per latus ire tuum?  
 In patriam ut possis gratum impendisse cruorem,  
 Proq; ipsa occumbens religione mori?  
 Sed feret auxilium, pereat facietq; scelestus  
 Ut simul & miles, signaq;, duxq;, Deus.  
 Fluctibus Oceanus terram quæ continet, esse  
 Nos curæ ut discant omnia regna Deo.



MATTHIAS MARCVS DA-  
berculus.

πολλοῖσι τέρεται καποῖσι πάντοθεν  
καὶ συμφοραῖς, τῶν ἀνσεβῶν ἐπιηλοσία.  
Ψυχῆς μου ὀδύβον φόβοις πολυφύνοις,  
φυγῆς βέλεοσι καὶ δρᾶνοντος ἐμπύροισ.  
ἔχθει δέ τ' ἀνδρῶν ἐξαγίστων, καὶ φόνων,  
δαναῖς δὲ ὀνέδραιοις, εἶτα τὰς βλασφημίας,  
ἀράς βαρείας τῶν παλαμναίων βροτῶν,  
βίαν τυράννων, καὶ φόνον τί χρὴ λέγειν;  
πίθει ἢ ταῦτα, καὶ προσσχῆ καρτὸρῶς  
νικῶσα πάντα, καὶ θριαμβεύουσα δὲ,  
ἄδεια, θεῶν νίκην διδόντ', ἐπινίτια.  
ἀνδρῶν ἢ τῶτο δεινύουσι τῶν πάλαι  
Ἰσθαί, Σίβηρος ἄσ μάλ' ἐμμελιῶς ἔπει  
ἔγραψε καλλίστω τε καὶ σοφωτάτῳ.

ADAMI SIBERI  
 EPINICION LIBER,  
 ad Iustum Ionam  
 Theologum,



Vste bonis animi præstantibus aus  
 Et, Siberus

Accipe quæ mitto munera parua  
 tibi.

Bis duo de sacris conuersa Epinicia  
 libris

Expressi Latijs, carmine facta, modis.

Amramides rubro memorat submersa profundo,

Isacidis contra quæ tulit arma Pharo.

Fundit Iabini Lapidothis castra, triumphum

Munus & æterni prædicat esse Dei.

Regius hanc sequitur uates, qui pace potitus,

Sacratæ tractat psalteria fila lyre.

Meraris extrema sese infert parte, tyranni

Ostentatq; caput, lætaq; uerba canit,

Si tamen hæc quæras isto cur tempore scribam,

Est ratio facti iuste probanda mei.

Nam Pharo nunc etiam ferro quod et igne minatur,

Thariadumq; cupit tingere cæde manum:

Nunc quod Iabinus uictos crudelius urget,

Impositis quorum colla premit pedibus:

Dauidem Saulus, Dauidem Absolo uexat

Impius, infamans seq; domumq; patris:

Bethuliam oppugnant Olophernes mille, potentis

Ignari dextram post caput esse Dei:

Quid mea, quid potius faciat? quia scribere sacra,  
 Atq; in Iessæum me iuuat ire nemus,  
 Musa tyrannorum referat quàm carmine pœnas,  
 Qui sunt bello ausi sollicitare Deum.  
 Solentur nostris ut se pia pectora scriptis,  
 Nunc malè quos urgens cunq; tyrannis habet:  
 Expectentq; manum Domini, qua uindice, tandem  
 Libera erit uerbum turba professæ Dei.  
 At Pharo mergetur tumidas furiosus in undas,  
 Ante oculos hominum turpis, & ante Dei.  
 Fusus Iabnus cernet sua signa fugari,  
 Fœmineo casus Sissara Marte cadet.  
 Cissides ferro fodiet sua pectora, pendens  
 Absolus sed quercu turpe peribit onus.  
 Deniq; mactatus teneræ uirtute Olophernes  
 Virginis, obscæno sanguine sparget humum.  
 Quod quoniã ut fiat quàm primùm, supplice Christũ  
 Cum multis alijs tu quoq; uoce rogas:  
 Ipse me. is aliquid quòd credis & esse Camænas,  
 Exiguo quamuis ingenioq; fautes:  
 Quo minus in Iusti liber appareret Ionæ  
 Nomine, nil causæ quod prohiberet erat.  
 Nostra igitur leta cape munera fronte: Siberum,  
 Quodq; facis, memori pectore semper habe.  
 MO S I S E T I S R A E L I T A R U M,  
 submerso Pharaone in mari rubro.  
 Exod. XV.

**B**ella Deumq; cano, Pelusiaciq; tyranni  
 Agmina Erythræis mersa scelestæ uadis.  
 Thariadæ,

Thariadae, iudae genus alto à sanguine, mecum  
 Dicite leticiae carmina plena pia.  
 Sic fieri iubet ipse, neget quis carmina iussus  
 Qui regit & terras, & regit astra Deos  
 Qui robur nostrum, qui gloria, uita, salusq̄,  
 Qua patres, eadem nos bonitate iuuat.  
 Est qui Marte potens, superari nescius armis,  
 Qui solus dextram, qua cadat hostis, habet:  
 Solus promisso nullum qui ludit inani,  
 Fert opportuno tempore solus opem.  
 Sanguine iam Pharij fontes, & stagna, lacusq̄,  
 Iuerat & flumen sanguine Nile tuum.  
 Cuncta tenent ranæ, uariæq̄; animalia pestes,  
 Et terra natis corporibusq̄; nocent.  
 Dira lues pecudes, homines sacer ignis adurit,  
 Et lædit teneram pustula multa cutem.  
 Iamq̄; tremitt tonitru cœlum, ruit horrida grando,  
 Et cum fulminibus uerberat imber agros.  
 Quid loquar excusso confisas crure locustas,  
 Quæ quod adhuc superat germinis omne metunt?  
 Tres sine sole dies ierant, uenit angelus ultor  
 Cum tandem, fœtus primigenosq̄; necat.  
 Ergo Pharo damnis fractus iam sponte, negatum  
 Antè, dat è regni finibus ire sui.  
 Deseritur Nilus, iuuat euasisse catastas,  
 Collaq̄; iam uinclis liber a ferre iuuat.  
 Ad rubro fuerat uentum loca proxima ponto,  
 Quæ procul æquoreis Magdala spectat aquis  
 Mutatus mentem, furijsq̄; agitatus & ira,  
 Ecce Pharo multo milite cinctus adest.

Saua uel ut rursus captos in uincla reducat,  
 Sanguine' crudelis uel lauet arma pio:  
 Exoritur castris clamor, premit inde tyrannus,  
 Effugium miseris hinc negat unda maris.  
 At non destituit tua nos discrimine tanto,  
 Prompta Deus gentem dextra iuuare tuam.  
 Attulit optatam nobis tua dextera salutem,  
 Quæ quæcunq; facit, maximâ facta facit.  
 Quæ uelut accensis ardent cum messibus arua,  
 Hostis opes iræ perdidit igne tuæ.  
 Nam simul ac Borea tumidū stringente profundum,  
 Dissicis undisoni flumina rubra maris:  
 Murorum nobis instar firmata patefcunt  
 Æquora, dant tutas & sine classe uias.  
 Ergo fugam capient, furiosa uoce tyrannus,  
 Scilicet & pontus peruius, inquit, erit?  
 Utq; sit hoc, quis non siccum transire profundum  
 Si poterunt illi, nos quoq; posse putet?  
 An Deus Isacidū maior, quàm numen Anubis,  
 Numen & Isi tuum, numen Osyri tuum?  
 Aut magica toties impune illuserit arte  
 Amramides, dederit tantaq; damna mibi?  
 Imò age rumpe moras, fugitiuaq; corpora seruos  
 Inualidos, miles, Marte fauente preme.  
 Protere, sterne, feri, iugula, uictoria nostra est,  
 Quas ô quas pœnis gens scelerata lues?  
 Sic ait, & medium (quid non furor audet?) in æquos  
 Cæcus, acerba fremens, ipse cohorsq; ruit.  
 Cum subito' emissis confusa reuoluitur Austris  
 Unda, redit cursus, qui fuit antè, mari.

Numina

Numina quid Phario regi sua, quid sua profunt  
 Militis innumera castra referta manu?  
 Corruptus torti rapida uertigine fluctus,  
 Obruitur seuo terq̄; quaterq̄; mari.  
 Subsidunt & equi, currusq̄;, & uulgus, & ipsi  
 Missa uelut pelago plumbea massa duces.  
 Ut nemo cladi tanta superesset, abire  
 Qui posset patrio nuncia ferre solo.  
 Cedite falsorum iam cedite numina diuum,  
 Quae stulta gentes credulitate colunt.  
 At tibi sit decus, imperiumq̄;, & gloria soli,  
 O' omni maior maxime laude Deus.  
 Nemo tibi similis dextrae uirtute potentis,  
 Immenso similis robore nemo tibi.  
 Tu pius & clemens, placida bonitate tueris,  
 Qui tua non ficto numina corde timent.  
 Te nihil est maius, nihil est te sanctius uno,  
 Omne uenit nobis te tribuente bonum.  
 Nunc ergo, qui dum fremitu omnia complet inani,  
 Nescyt insanæ mentis habere modum:  
 Nunc iacet ergo Pharo, rupto telluris hiatu,  
 Per pontum Stygias iussus adire domos.  
 Maxima qui solus facis, augustissime rerum,  
 Quae laus tota tua est, gloria tota tua.  
 At nos securos pelagiq̄; hostisq̄; periculis  
 Immunesq̄; iubes omnibus esse malis:  
 In melle ut ducas & lacte fluentia rura,  
 Culta Palaestino rura beata Syro.  
 Te iam nunc horrent trepidæ formidine gentes,  
 Dura quibus pauidus concutit ossa metus.

Corda micant regum quis parent ditis Idumes

Sceptra, Moabitis territa corda micant.

Quæ Cananæa patet tellus, animusq; colonis,

Et fracti robur corporis omne labat.

Quos timor ô utinam, facias, non ante relinquat,

Promissum teneat quàm tua turba solum.

Sed facies, omnes ueluti de marmore signa,

Ad nomenq; fines diriguisse tuum.

Hostibus inuitis mansuras poneris sedes,

Carula Iordanis quæ fluit unda, dabis.

Ad templi duces delubra fauentia uotis,

Quæ tibi legisti montis in arce tui.

In quibus æterna celebreris laude, salute

Pro populi præsens inuigilesq; tui.

Salue opifex rerum, tellus cui seruit & æther,

Omnia qui dempto sine creata regis:

Et nos & mersum memorantia nostra Pharonem

Carmina, pacato numine dexter adi.

DEBORÆ ET BARACL, DE

uicto Iabino, & occiso Siffara, Cananæis,

Iud. V.

**A** Eterno dignas mea carmina dicite laudes,

Omnia siderea qui regit arce Deo.

Dicite compedibus liuentia crura gerentes,

Thariadim populos uincula nulla pati.

Hostibus & prompta plebem uirtute peremptis

Exornasse domum fixa per arma Dci.

Qui terras lata reges ditione tenetis,

Fertis honorata sceptra manuq; duces.

Ore faucte, Deus princeps mihi carminis, an' ne  
 Non iuuat æterni discere facta Dei?  
 Facta quibus cælo Ifacidum se gloria tollit,  
 Tempore quam nullo fama tacebit æuis.  
 Per monteis, syluas, & deuia lustra ferarum,  
 Ante tuum populum cum graderere Deus;  
 Æthereo tangit quæ uertice celsa Seirus  
 Sidera, Idumææ terraq; culta patet;  
 Ingenti tremuit tellus concussa fragore,  
 Subseditq; tui pondere pressa Deus.  
 Creber & emicuit collisis nubibus ignis,  
 Decidit in latos largus & imber agros.  
 Exiliere suis montes de sedibus, instar  
 Delicuit fusus Sina fluentis aqua.  
 Contudit Amramides Oggumq; Seonaq; regna  
 In Cananæa armis & patefecit iter.  
 Peneades refluxis Iordanes substitit undis,  
 Æstiuam quamuis plenior iret aqua.  
 Quid loquar Hierichûs quod procubuere tubarum  
 Subruta murorum mœnia firma sono?  
 Hostiles posces turmas ut fundere, Phœbus  
 Sislitur imperio Iosua magne tuo.  
 Oppida uastantur, laqueis captiua tyranni  
 Et dare coguntur colla liganda duces.  
 Iamq; Palæstina, deletis hostibus, oræ,  
 Omnia Thariadum mœnia iuris erant.  
 Florebant armis, florebant legibus, ulla  
 Gens erat Hebræis nec pietate prior.  
 Inuidit natura malum procliuis ad omne,  
 Quæ nostras sanctas non sinit esse uias.



Et iam complebat Moses sua fata, *suprema*  
 Et iam Nunidæ uenerat hora duci.  
 Ergo paulatim retro fortuna referri,  
 Prolabi, nobis quod fueratq̄, decus.  
 Anathidæ donec sub tempora uidimus hostem  
 Inferre in nostras barbara signa domos.  
 Vidimus abductis patrios squalere colonis,  
 Quos boue captiuo uictor arabat agros.  
 Sissara nongentis falcatis curribus instans  
 Oppressæ gentis diripiebat opes.  
 Iura dabat rudibus nemo, pro lege, tyranno  
 Quidquid Iabino complacuisse, erat.  
 Quam tua sed bonitas Deus omni tempore præsto est,  
 Pectore quos toto pœnitet esse malos?  
 Aspicias ex alto flentes sublimis Olympo,  
 Et miseris prompto numine dexter ades.  
 Non er at Isacidæ inter tot milia quisquam  
 Audax qui forti sumeret arma manu,  
 Pro patria intrepidus caput obiectare periclis,  
 Intrepidus chara pro patriaq̄, mori.  
 Sola Dei uerbo Lapido ibis freta putauis,  
 Aspera pro populo bella ferenda meo.  
 Ergo nouos etiam tellus Hebræa triumphos,  
 Auspicijs uidit signaq̄, capta meis.  
 Non ipsa armaui multos in prælia, uincit  
 Magna etiam pauco milite castra Deus.  
 Parua manus mecum, pars contemptissima uulgi,  
 Hostibus est cæsis fortiter ulta suos.  
 Quos tamen è ducibus mouit commune periculum,  
 Militiæ partem iussit & esse piæ.

Quam

Quam bene de patriæ meruerunt lege, sacrisq;  
 Quæ sibi confirmat sola placere Deus?  
 Scilicet illorum feri meminisse nepotes,  
 Factaq; non humili uoce referre uolent.  
 Teq; adeo in primis, qui lauros hoste fugato  
 Victrices magna laude Barace geris:  
 Te, nomenq; tuum referent ad Chifonis amnem,  
 Dicentes iussu bella peracta Dei,  
 Et quibus ornatis muli flectuntur habenis,  
 Ignaris legum qui dare iura solent:  
 Et quos subiectos regum mandata coercent,  
 Cogit non solitas & labor ire uias.  
 Non decus est sine me partium tibi, fortia testis  
 Qui uidit celfo prælia monte Thabor.  
 Prælia iusticiæ Domini monumenta, perennem  
 Roboris & famam uulgus in erme tui.  
 Author ego audendi: nec tu fortissime, dicta  
 Spreuisti nostro quæ dabat ore Deus,  
 Dena fide armatus sed in hostem millia raptans,  
 Aduersus forti milite frangis opes.  
 Fama igitur ueluti longo dicitur in æuo,  
 Quæ mea iuncta tuæ, quæ tua iuncta meæ est:  
 Nunc quoq; Abinoade pro parta grata salute  
 Victori mecum carmina funde Deo.  
 Prædones prædare tuos, dic arma Deboræ,  
 Et tumidi currus succubuisse ducis.  
 Succubere mihi currus atq; arma, tyranni  
 Ad nostros cecidit gloria fracta pedes.  
 Ergo Amalechitas deleat Iosua, laudis  
 Nomen & Ephramide tempus in omne feranti:

Beniamidæ celebres tulerint ex hoste triumphos,  
 Et qui sunt forti Machire cunq; sati:  
 Non minus hæc claros uictoria Zabulonis,  
 Semper inextincto tollet honore duces.  
 Non tua castra minus, tua signa Barace sequutos  
 Isachari proceres fama sub astra feret.  
 Inclyta Naphthalidum minuetur gloria, retro  
 Conuersis Phœbus quando recurret equis.  
 At quur suppetias nobis Rubene creati,  
 Quur nihil auxilij Basanis ora tulit?  
 Turpe sibi mecum proficisci ad bella putarunt,  
 Fœmina dux illis despicienda fui.  
 Tutius est uisum caulas seruare, locisq;  
 Lanigeros solitis pascere posse greges  
 Quam strepitum belli, sonitusq; audire tubarum.  
 Fortiaq; armata spargere tela manu.  
 Mercibus & lucris Dano gens orta uacabant,  
 Portubus Ascridæ, littoribusq; suis.  
 Non bene compositis optantes structa tigillis,  
 Ignauis paruis, tecta habitare, casus:  
 Quam libertatem patriæ auxiliaribus armis  
 Adferere, & legum restituisse decus.  
 Et cur non belli indoctos armaret in hostem,  
 Qui uitæ curam non habuere suæ?  
 Ausus & ex nobis, faceret, sperare tyrannus  
 Vt spolia ipse suo tincta cruore daret?  
 Hic ubi Thanæi prope flumina curua Megidi,  
 Agmina labini tota perempta iacent.  
 Sissara te contra cœlumq; & sidera cœli,  
 Pro populo pugnam sustinuere Dei.

Corripuit galeas Chison, & tela uirorum,  
 Vortice uoluisti scuta Cadume tuo.  
 Deniq; quadrupedum protrita cadauera cursu,  
 Calcarunt nostri sanguinolenta pedes?  
 Meroma infelix, Cananæis ausa fauere  
 Hostibus, & populum deseruisse Dei.  
 Quid' nam, quid de te qui nos tegit angelus inquit,  
 Illius iratus quid canit ore Deus?  
 O' grauiora breui surgant tibi perfida bella,  
 In quibus exemplo destituare tuo.  
 Non miseros fletus, gemitus non audiat ullus,  
 Sed maneat hosti diripienda tuo.  
 Angelus hæc. at nunc tua præstantissima matrum  
 Heberi, quo digno carmine facta canam?  
 Fugerat è pugna, fugientem suscipis ipsa  
 Comiter, hospitio Sissara iunctus erat.  
 Poscenti latices, niuei das pocula lactis,  
 Compositi somno membraq; ueste tegis.  
 Iamq; quis audacis non fortia facta puellæ  
 Miretur, iusto facta probante Deo?  
 Ergo tenes clauum læua, dextraq; reducta  
 Tempora crudeli figis in ipsa uiro.  
 Ille cadit, iactans corpus tellure cruenta,  
 Occupat æternus lumina læsa sopor.  
 Ille cadit, cunctæ pariterq; iræq; minæq;  
 Et tantæ nomen fœmina laudis habes.  
 At dum diuersa procul hæc regione geruntur,  
 Quæ reducem natum finxerat ante sibi.  
 Spemq; metumq; inter dubia, heu cur tardior inquit  
 Mater, deuictio filius hoste redit?

Pila' ne non referent, nec equos curruq; reducent?  
 Me miseram, si quid tristius ille tulit.  
 Me miseram, ingeminat. nurus at, corrumpis ocellos  
 Quid lacrimis, inquit? si ualet ipse, uenit.  
 Sed ualet, & iamiam curru sublimis in aureo,  
 Aut acri rediet conspiciendus equo.  
 Munera militiæ, ducibus sua signa secutis,  
 An non distribuat corpora capta, suis?  
 An non distribuat preciosaq; stragula, uestes  
 Murice quæ tinctæ Sidonioq; rubent?  
 Et sibi præcipuæ forma præstante puellas,  
 Sudoriq; legat præmia digna suo?  
 Talibus illa quidem. Sed spes decepit inanis,  
 Fœminea casus nam iacet ille manu.  
 Munera nec nati cineri dabit ultima mater,  
 Nec charo lacrimas uxor amata uiro.  
 Ille iacet, quoq; ille modo, cadat impius omnis,  
 Numina sunt odio cui tua magne Deus.  
 At quicumq; timent, qui te uenerantur, amantq;  
 Pro pietate illis da bona cuncta tua.  
 Ut ueluti nitidum Phœbus cum sustulit orbem,  
 Dissellit radijs nubila densa suis:  
 Agmina dissciant te sic inimica fauente,  
 Deuictos hostes sub pedibusq; premant.

DAVIDIS REGIS ET PROPHETÆ,  
 deletis hostibus, & regno constituto.  
 II. Historiæ Regum XXII.

**A** Rma, manusq; meæ, mea magna potentia, uirtus,  
 Præsidiumq; meum, confugiumq; Deus,

Arx,

Arx, naurus, clypeus, uictoria, palma, triumphus,  
 Pax, decus, imperium, gloria, uita, salus.  
 Ut te chore parens imis resoluta medullis,  
 Vis ardet uero mentis amore meæ.  
 In laudesq; tuas abit & præconia pectus,  
 Ac uena ingenij quantulacunq; mei.  
 Tu genus, Vranie, cælo qua ducis ab ipso,  
 Vranie uerum psallere docta Deum:  
 Huc ades, & memora repetens ab origine, uitæ  
 Ut uacet à meritis pars mihi nulla Dei.  
 Hostiles solita præsens bonitate tuetur,  
 Dum caput insidias inter & arma meum.  
 Exilyq; fugas inter, populiq; furores,  
 Mortis & inferni terrificosq; metus,  
 Promissiq; suis motus, puraq; profectis  
 Quæ mea non patitur uota perire fide.  
 Non unquam bonus & uerax, sibi rebus in arctis  
 Pectora fisa potest deseruisse, Deus.  
 An quæ per cunctas res sunt notissima terras,  
 Hoc quondam ad Nilum non satis acta probant?  
 Quando Parætoria ferus impietate negabat  
 Egressum Isacidis e regione Pharo?  
 Quassata ingenti tremefacta est murmure tellus,  
 Ardua quæq; suis sunt iuga mota locis.  
 Turbine fumabat picco, rutilaq; fauilla,  
 Irati ueniens spiritus ore Dei,  
 Non alter calidis quam qui fornacibus ignis  
 Æstuat, & rapidus proxima quæq; uorat.  
 Nec mora, depressus descendit ab æthere, secum  
 Fusaq; sub pedibus nubila densa trahit,

Pennigerisq; celer quibus insidet ipse ministris,  
 Atq; uolans alis Auster & Eure tuis.  
 Vndiq; cingebat spissa caligine tectum,  
 Qui cæcis aër nubibus ater erat.  
 Discutiunt tamen hunc ignes per inane micantes,  
 Atq; debiscentis fulgura crebra poli.  
 Grandine iamq; hostes, iam fulmine percutit, iræ  
 Et seruit mundi machina tota, Dei.  
 In lætus animum moestum dat tristis Osiris,  
 Oculis at fugiens territe Nile caput.  
 Præbet iter pontus, terras queis clauserat hostis,  
 Obruitur pelagi tota Canopus aquis.  
 Sic Deus Isacidas, at me nunc ordine pande  
 Iuuerit, Vranie, quotq;, quibusq; modis.  
 Paruus eram, patrios pascens in montibus agnos,  
 Quæ stat Ephrateo Bethla uetusta solo.  
 Mittor in imperium magnum Samuele uocante,  
 Fortibus & ponor fratribus antè meis.  
 Cissides furit, ac seuus ardescit in iras,  
 Me contra iniustas proripiturq; uis.  
 Nec mihi tot faciunt mitem placidumq; pericla  
 Exhausta imperij pro ditione sui.  
 Ipse Gigantæa non cæsus mole Golius,  
 Filia non regis quæ mihi iuncta thoro.  
 Exul agor, patriæ finesq; domumq; relinquo,  
 Cur mihi non uitæ sit timuisse meæ?  
 Quis non desertis expleui erroribus oras,  
 Heu nusquam tuto dum licet esse mihi?  
 Natiotha nunc, Noba nunc, nunc me uidere Gethæi,  
 Maonij saltus, Engada, Adula, Siphis.

Vsq; adeo nulla mihi fas consistere terra,  
 Semper & in nobis est fuga caussa fugæ.  
 O quoties inter dubius uitamq; necemq;  
 Essem cum toto pectore nullus ego:  
 O quoties dixi, Me me pater optime serua,  
 Si nosti factis crimen abesse meis.  
 Audyt, & seruat. quid nunc tibi Saule furenti  
 In me profuerunt spicula missa manu?  
 Et uiuo, & dominor. tu qui tibi sceptrâ perennis  
 Fingebas regni, sed reuente Deo:  
 Cæsus ab ipse tua dextra cadis, omnia tecum  
 Vertis & imperium, remq;, domumq; tuam.  
 Sape quidem potui, sed non ego lædere doctus  
 In dominum uolui stringere tela meum.  
 An mihi per facinus, per cædem regna pararem  
 Insanus, cælo quæ dabat ipse Deus?  
 Impietas Saulum regnis excusit: amica  
 At sceptro ornauit me tua dextra Deus.  
 Quod mea mens non est scedis obnoxia factis,  
 Sed legesq; tuas, iudiciamq; colo.  
 Quod posita est à me nostræ custodia linguæ,  
 Ne lædant nimen uerba proterua tuum.  
 Scilicet est qualis tibi quis, tu talis es illi,  
 Cum sancto es sanctus, cumq; nocente nocens.  
 Dedita mens quorum tibi dum tua iussa faceffunt,  
 Te pura fidei simplicitate colit:  
 His reddis clemens amplissima præmia, nunquam  
 Est fr. audi uirtus, & pia uita bonis.  
 At nimium iratus punis, nimiumq; seuerus,  
 Mente nihil quidquam quos pudet esse mala.



Qui tua uesano contemnunt pectore iussa,  
 Inflati uerbum despiciuntq; tuum.  
 Hoc Saulo nocuit, multis quod & ante tyrannus,  
 Ferre nequit fastus altaq; uerba Deus.  
 Ille probat, magnæ qui non sunt laudis auari,  
 Concipiunt quorum pectora turpe nihil.  
 Et non cessabit tandem maledicere liuor,  
 Quæq; mihi tribuit carpere dona Deus?  
 Cuius & e tenebris erepto & mille periculis,  
 Prætulit ad regnum dextra benigna faces?  
 Sed satis inuidiæ responsum est. attrahe lora  
 Vranie, & ceptam currere perge uiam.  
 Occiderat Saulus, sed non fors occidit unâ,  
 Sæuire in uitam sueta caputq; meum.  
 Finitimi coeunt reges ad prælia, parte  
 Martiaq; ex omni classica pulsa sonant.  
 Palmiferis & qua campis habitatur Idume,  
 Quæq; Moabitæ ditia rura tenent.  
 Hinc Amalechitæ, gens hinc Ammone creati,  
 Inde Palaestini tristia bella parant.  
 Concitat Euphratis populos Adaserus, & in me  
 Assyriæ robur militis omne rapit.  
 Quid tamen hos inter motus, tutusq; sacerq;  
 Non' ne fui genitor numine magne tuo?  
 Eratas dextra rupi uictrice cateruas,  
 Per te murorum mœnia transilij.  
 Nulla mihi se gens aduersis obtulit armis,  
 Non dederit seruas quæ mihi uicta manus.  
 Parcite cui præsto est numen uiolare, suorum  
 De uita semper curam agit ipse Deus.

Et uerbi, ut clypeo tectos, uirtute tuetur,  
 Quo nihil ut uerum, sic mage forte nihil.  
 Inuictus Deus est & ueracissimus, & non  
 Aeterni uerbum sit quoq; tale Dei?  
 Et tales faciat, quos illi fidere cunq;  
 Sincero affectu mentis & esse iuuat?  
 Non ego laudari dignus, mihi gloria summa est,  
 Non unquam genitor displicuisse tibi.  
 Tu nobis robur praestas, uiresq; secundas,  
 Successu careant ne mea bella bono.  
 Me pede ueloces pernici uincere ceruos,  
 Hostis inaccessas & superare uias:  
 Me facis aduersis fortem concurrere signis,  
 Martiaq; inuicta mittere tela manu.  
 Nostra triumphali deuincis tempora lauro,  
 Victor ut insigni clarus honore ferar.  
 At tempus nati nunc impia bella referre,  
 Me patrem contra cum tulit arma suum.  
 Absolo turbator regni scelerate paterni,  
 Sic esse oblitum te potuisse Dei:  
 Impius ut bello, dominandi caecus amore,  
 Sanguinis authorem persequerere tui?  
 Dignus ego plecti fateor, non dignus at ipse  
 Absolo tu poenae qui mihi caussa fores.  
 Sedibus ergo etiam, pulsum regnoq; domoq;  
 Restituit patrijs dextra benigna Dei.  
 Nec fuga tam turpis, reditus quam letus, ab ipso  
 Exilio maior gloria facta mea est.  
 Absolo dat prenas. illius castra secutis  
 Impia nam caussa est, uerba superba cadunt.

Et iam fortis abest longe illis gloria, longe  
 Qui fuerat ficto multus in ore Deus.  
 Quæ pia lingua facit, Deus audit uota. scelestus  
 Auersa surdus negligit aure preces.  
 Ergo uelut sicci dispellit corpora uentus  
 Pulueris, in nullis inuenienda locis:  
 Utq; lutum pedibus calcatur, ubi imbrifer atris  
 Nubibus assiduus fuderit arcus aquas:  
 Sic ego disteci, nati sic tota rebellis  
 Numine protriui castra fauente Dei.  
 Iamq; adeo super unus erat, qui bella moueret  
 Bochrides, populi seditione potens.  
 Sed neq; respondit cepto fortuna furori,  
 Digna q; periurum pœna secuta uirum est.  
 Cogitur obsessus, persuasus uoce puellæ  
 Dum dare militibus colla secanda suis.  
 Gratia magna Deus tibi, per quem tanta pericla,  
 Tot caui factas insidiasq; mihi.  
 Tot mactaui hostes, inimica tot agmina fudi,  
 Perfida qui tulerunt in caput arma meum.  
 Per quem nunc ualidis sedeo moderator habenis,  
 Et regum nostro sub pede colla premo.  
 Infestisq; prius populos, genteisq; guberno,  
 Qui legesq; meas, & tua uerba colunt.  
 Deniq; defensa hæc est per quem grata senectus,  
 In laudesq; tuas carmina facta canit.  
 Carmina perpetui meriti testantia famam,  
 Regis Iessæi quo genus omne beas.

IUDITHÆ, INTERFECTO  
 Olopherne. Judith XVI,

Hic

**H**uc agite o matres, pueri, innuptaeq; puellae:  
 Huc properate senes, huc properate uiri,  
 Tympana rauca manu, crepitantiaq; ara mouete,  
 Et sonet e uestro plurimus ore Deus.  
 Ille Deus mentem qui regibus eripit, ille  
 Qui turbat forti Martia castra manu.  
 Qui Domini nomen tenet immortalē, salute  
 Pro populi uindex inuigilatq; sui.  
 Qui dirum auertens nostris ceruicibus hostem,  
 Coniicit in turpem barbara signa fugam.  
 Cor pauet admonitu, gelido cum tristis ab Arcto  
 M̄t facies belli sanguinolenta subit.  
 Misceat Assyrius totas in praelia gentes,  
 Iordani Euphrates uincla scelestā parans.  
 Iamq; acies campos opplerant, flumina, ualles;  
 Quocunq; aspiceres, nil nisi miles erat.  
 Impie crudeli spirans immania monstra,  
 Pectore iactabas quis Olopherne minas?  
 Deiecturum arces, flammis urbesq; daturum,  
 In quibus occiderent corpora capta uirum:  
 At cum matronis pueri longo ordine ducti,  
 Eunctas ferrent ad sua terga manus,  
 Sed Deus ipse suo crudelibus obstitit ausis,  
 Quo quaecunq; facit numine magna facit.  
 Quodq; magis mirum, te sternere cuncta parantem  
 Barbare, non strauit Martia dextra uiri.  
 Faemina te uicit, belli non utilis armis,  
 Sed niuea lana, sed magis apta colo.  
 Abstulit ense caput tibi Iuditha Meraris, ante  
 Abstulerant oculos lumina nostra tuos.

Captiuæ te forma prius quàm dextra peremit,  
 Forma fuit uitæ nostra ruina tuæ.  
 Et Tyrio uestes distinctæ murice, quiq;  
 Tinctus Orunthæo rore capillus olet.  
 Auratusq; sinus, teneras gemmataq; plantas  
 Exornant niuei quæ mihi uincla pedis.  
 Tempus erat quo sol cum iam caput occultit undis,  
 Emergunt orbes sidera pulchra suos.  
 Instructis hostis dapibus sociosq; ducesq;  
 Accipit, apposito peruiigilatq; mero.  
 Huc, ait, huc etiam ueniat captiua Bagoë,  
 Quanta mihi feret hac gaudia nocte Venus?  
 Iussa adsum, sed non lateri iungenda tyranni,  
 Mortem ipsi portans, Assyrijsq; fugam.  
 Iamq; grauis multo somnum faciente Lyæo,  
 Funereo sternit ebria membra thoro.  
 Ergo in conclauis cum solo sola relicta,  
 Tanta uti quis non commoditate uelit?  
 His affata Deum: nunc ò mihi suffice uires,  
 Nunc pater inuictum robur habere iube,  
 Si nomenq; tuum, patriaq; ultura salutem,  
 Numinis huc ueni freta fauore tui:  
 Quamq; loquor citius uagina libero ferrum,  
 Et ferio forti barbarâ membra manu.  
 Inde caput collo eripio, truncumq; relinquo  
 Et repeto uictrix moenia Bithuliæ.  
 Mane erat, in bellum tota descenditur urbe,  
 Et lituus pugnae signa cruenta dabat.  
 Mirantur Medi, Persæ prodire cauernis  
 En aiunt mures sustinere suis.

Tu tamen

Tu tamen haud dubita domini turbare quietem,  
 Et properè huc nobis siste Bagoë ducem,  
 Ut ibi balanum intravit, proh quantum foemina nocte  
 AByrijs clamat hac dedit una mali?  
 Defecta ceruice ducum fortissimus eheu,  
 Heu iacet immunda sanguinolentus humo.  
 Ilicet attonitiq; indignantesq; fuisse  
 Hoc ausam, turpi dant sua terga fugæ.  
 Nulla mora est, animos secum numenq; ferentes,  
 Irruit hinc populi tota caterua mei,  
 Et uelut imbelles pueros agitantq;, ruuntq;,  
 Et maectant hostes, & spolia ampla ferunt.  
 Hæc est, hæc iusto uictoria digna triumpho,  
 Cuius ad inuictum laus referenda Deum.  
 Tu Deus immensa polles uirtute, tuoq;  
 Machina nil mundi numine maius habet.  
 Omnia te metuunt, seruit tibi quidquid ubiq; est,  
 Atq; oris non sunt irrita uerba tui.  
 Frangis & attollis uires in milite, caussa  
 In turpi excutiat tela pudorq; facis.  
 Ut durent animum, rigidumq; adamantia tyranni  
 Et silicum uenas pectore claussa gerant:  
 Inuiti pallent tamen ad tua uerba, minorq;  
 Non est quo pauidi sæpe timore tremunt:  
 Quam rabies terræ cæcis inclusa cauernis  
 Ventorum, montes quæ uiolenta quatit.  
 Ferre tuam nec enim, quam quin ut cera liquefant  
 Nec rupes iram sustinuere, queunt.  
 Qua bonitate iuuas at qui tua iussa sequuntur,  
 Nec ficta Dominum te pictate colunt?

Non tibi inaurato sic scilicet hostia cornu,  
 Sacratuq; placent exta cremata focus:  
 Vt puræ candor mentis, probitasq; fidesq;  
 Victima qua non est gratior ulla Deo.  
 At uos exemplo monitæ respiscite gentes,  
 Quæ facitis populo bella scelestæ Dei.  
 Ponite crudeles irasq; minasq; tyranni,  
 Induit in nostrum quæis furor arma caput.  
 Turpiter intereunt, nec tantum fabula fiunt,  
 Quicumq; oppugnant quos iuuat esse pios:  
 Eternas sed & in pœnas in nocte profunda  
 Conyicit illorum noxia membra Deus.  
 Luctus ubi gemitusq; sonant, tracta q; cathenæ,  
 Tisiphonesq; atra torta flagella manu.  
 Angue ubi perpetuo fontes laniantur: inultos  
 Vsq; adeo sanctos non sinit esse Deus.

FINIS.

ADAMI

## ADAMI SIBERI

AE O L O S T I C H O N

liber Primus.

AD VALENTINVM GRAE  
uium Ruspensem.

Ec sic Tantalides Phocæo charus  
Orestes,

Nec sic Euryalo Nifus amicus  
erat:

Vt nostris animis suavissime fautor  
inheres,

O' mibi non unquam dissimulande Graui.  
Siue ferit radys terras, seu pronus Ibero  
Phæbus anhelantes gurgite mergit equos:  
Ante meos praesens oculos tua dulcis imago  
Haeret, & est memori nomen in ore tuum.  
Quod quamuis faciunt mores & pectora, nondum  
Protrita multo candidiora niue:  
Est tamen & propior tibi quæ coniungit Adamum  
Causa, mei constans, nec dubitatus amor.  
Ex quo Fabricius nam me tibi tradidit olim,  
Atq; tuos inter fecit habere locum:  
Pigrior an' ne unquam nostris tua gratia rebus,  
Aut aliqua officij pars mibi clausa fuit?  
Quot Sicyon baccis, uuis quot Tmolus abundat,  
Africa quot spicis, fertilis Hybla thymis;  
Erratur quot sylua feris, agitabilis aër  
Pulsatur pennis, pisce natantur aquæ:



Omnia comprehendam, tribuisti munera nobis  
 Quanta, modis possim quam memorare meis.  
 Non ergo non caussa satis tua nomina iusta est,  
 Semper inoblita cur ego mente geram.  
 Atq; ò dij faciant, tandem fors dura recedat,  
 Et ferat antennas mollior aura meas.  
 Ut tibi uel minimam partem, minimamq; rependens,  
 Declarem, meriti me meminisse tui.  
 Sed quoniam satis nimium prohibemur iniquis,  
 Sors mihi quas solus nostra ministrat opes:  
 Accipe non magnis quæ nunc ingesta libellis,  
 Ingenij mitto munera parua tibi.  
 Munera parua quidem, sed quæ si pectora dantis  
 Spectes, magnorum pondus & instar habent.  
 Dignus eras scripto, fateor, meliore: sed esse  
 Hæc quoq; grata tibi qualiacunq; puto.  
 Posterius nobis aderit cum Cynthius, illi  
 Aspirans, tibi quod nunc meditamur opus:  
 Tum uigilata mihi cura maiore, Siberi  
 Accipies animi pignora plura, tui.  
 Interea exiguum non auersatus honorem,  
 Nos ut ames solita pro pietate: Vale.

AD CHRISTVM OPTIMUM  
Maximum.

Sic tibi Christe Deus, seruati conditor orbis,  
 S Quem tremit immensi machina tota poli,  
 Mœnia carulei supra stellantia cœli  
 Seruiat angelici concio sancta chori:  
 Sic quam seruares aterna ex morte, tulisti  
sanguinis

Sanguinis atq; animæ prodigus esse tuæ,  
 Te solum laudet tibi grata Ecclesia, uero  
 In terris celebret nomen honore tuum:  
 Aspice nos placido, quo conspicias omnia, uultu,  
 Accipe sollicita uotaq; facta prece.  
 Assidue miseros hostis dum more leonis  
 Circuit, heu qua non parte timendus adest?  
 Ut iunctum possit tecum confundere fœdus,  
 In Stygia & captas addere uincla manus.  
 Scilicet ex illo rapido cum fulmine cœlo  
 Tartareas cecidit pulsus adusq; lacus:  
 Exercens immane odium, te dante salutem  
 Æternam, positos nos dolet ante sibi.  
 Sed tu nostrarum præsens fiducia rerum,  
 Illius occultos ne patiare dolos.  
 Caperit insidijs, nec opina fraude, parentes,  
 Dum suadet uetita carpere poma manu:  
 Mortis aperta uia est propter quæ, seu tyrannis  
 Peccati in nostrum procubuitq; caput:  
 At nobis mentem fidei da robore fultam,  
 Æthereo sensus perlucet rore meos.  
 Da cultus tribuam ueros tibi, uota precesq;  
 Quis sine nulla abeat nox mihi, nulla dies.  
 Primigenæ quantum non tardant semina culpæ,  
 Prælia cum uitijs irrequieta geram.  
 Non Venus, aut uinum, non fallax alea, fucos  
 Non persusa animum gloria sollicitet.  
 Sim gratus patriæ, charis iucundus amicis,  
 Sentiat officium plurima turba meum.  
 Sed neq; Pæctoli ueniat mihi diues arena,

Aut fluat in tectis aurea lympha Tagi.  
 Pingua fecundi ruris non mille requiro,  
 Quæ ualidi uertant arua serenda boues.  
 Parua seges, pauciq; satis sine fœnore nummi,  
 Dum flagret nostrum pectus amore tui.  
 Dum lucerna meis pedibus tua uerba, nec unquam  
 Dogmata sacrilego falsa furore sequar.  
 In populi cœtu proprio tibi sanguine parti,  
 Quàm tua uox nostra dulcis in aure sonat?  
 A' te sancitas leges seruare sacrorum  
 Quàm iuuat, & pueris tradere posse senem?  
 Aut quando tristes agitat mens anxia curas,  
 Mœrores illis rite leuare meos?  
 Hoc te dante mihi contingat Christe, superbi  
 Damnosas quidquam nil moror orbis opes.  
 Quinetiam si me iubeas extrema subire,  
 Ferre famem, maciem, uerbera, uincla, necem?  
 Per te quidquid erit patiar, mea uita: sit ipsum  
 In te dulce mihi uiuere, dulce mori.  
 Interea studijsq; meis Musisq; faueto,  
 Ad laudemq; tui dirige Christe Deus.  
 Castalia cingant alij sua tempora lauro,  
 Labra Medusæo sicca liquore leuent:  
 At mihi de Libani sertum sit fronde, sacrata  
 Pocula Iordanes plena ministret aqua.  
 Ut tua concelebrans grato præconia uersu,  
 Nomine deducam carmina digna tuo.

AD IOANNEM RIVIUM  
 Atthendoriensem.

**B**ella sonent alij, Phœbumq; morentur in armis,  
 Fertile qui uena diuite pectus habent.  
 Delicias alios molli componere uersu,  
 Nec pudeat Veneris furti referre suæ:  
 Sint qui mordaci distringant carmine, scripta  
 Inq; bonos edant sanguinolenta uiros:  
 Sint Epicureæ qui dent præcepta culinæ,  
 Et doceant quo sint uina bibenda modo:  
 Deniq; materiam sumat quam quisq; probarit,  
 Venturum qua se speret in ora uirum:  
 Me Riui sacris iuuat inuigilare camœnis,  
 Sanctaq; Iessæ fila mouere lyræ.  
 Instar dum uerno quæ flores ingerit alueo,  
 Atq; fauos dulci nectare stipat apis:  
 Per thyma salufici uolitans sanctissima uerbi,  
 Musarum includo, quæ placuere, fauis.  
 Hoc sedet ex illo Studium mihi tempore, castas  
 Quo puer ad Musas ausus adire fiii,  
 Admoui fontiq; tuis hortatibus ora,  
 Bellicrophontei quem facit humor equi.  
 Non quod me sperem laudes attingere, uerso  
 Carmine Davidis quis Eobanus habet,  
 Quas habet æterno labris qui figere Christo  
 Sancta iubet sanctis oscula Stigelius:  
 Aut qui Fabricius Venusina diuidit aure,  
 Quæ ferit Aonia carmina sacra lyræ:  
 Sed ne grata Deo non sint data munera uenæ,  
 Et uis ingenij quantulacunq; mei.  
 Nec sacra mi statuent finem nisi fata canendi,  
 Semper in hoc noster tramite curret equus.

Si dubio

Si dubitem, quin hanc mentem grateris Adamo:  
 Non tua sat fuerint pectora nota mihi.  
 Sed mihi grataris. iuuet at me Christus Apollo,  
 Utq; uelit libris dexter inesse meis:  
 Molle ferens pro me costumq; & thuris honores,  
 Illum sollicita deuenerare prece.  
 Sic mihi dictabunt faciles pia carmina Musæ,  
 Famaq; erit scriptis non aliena meis.

BEATITVDINIS VERÆ DESCRI-  
 ptio: de Psalmo Dauidis XXXII.

**T**ER quater ô felix, sua cui delicta remissa,  
 Inducta ueluti condita nube latent.  
 Felix, qui Domino dum se peccasse fatetur,  
 Eloquitur uitij dedecus ipse sui.  
 Nam nec erunt fraudi sua facta scelesti nocenti,  
 Iusta nec in miserum seuict ira Dei.  
 Ille etenim clemens, nec inexorabilis ulli est,  
 Quem modò peccati poenituisse patet.  
 Nostra quidem tacitus tegerem dum crimina, fœdis  
 Blandirer uitij dum malus ipse meis:  
 Quàm tristi anxiferos passus sum mente dolores,  
 Quàm patuit curis area lata meis?  
 Corporis arebant exhaustis ossa medullis,  
 Squalebant turpi pallida membra situ.  
 Mœstus eram, gemitu commista querela sonabat,  
 Nec nox grata mihi, nec mihi grata dies.  
 Et uelut absidui soles, quando aestifer aruis  
 Messorum exurit corpora nuda canis,  
 Tellurem siccis findunt feruoribus ustam,

Nec

Nec facies aruis, quæ fuit antè, manet:  
 Pectora sic ardor torrebat nostra furoris  
 Diuini, admissæ conscia nequiciæ.  
 Ut uerò dixi, tibi crimina cuncta fatebor  
 Chære parens, misero, nam potes, affer opem:  
 Protinus ad sanam coierunt uulnera pacem,  
 Et dixti, placidæ gaudia mentis habe.  
 Dicere nemo potest uitio sum purus ab omni,  
 Et cor sollicitant crimina nulla meum.  
 Corpora nam quamuis non turpi obnoxia factò,  
 Sit quamuis nullum dextera adorsa nefas:  
 Insinuata hærent ipsis delicta medullis,  
 Intima peccatum uiscera mentis habent.  
 Ergo etiam sancti Domino sua damna querentur,  
 Proq; tua ueniam te bonitate petent.  
 Dum ueniamq; petent, non tu mitissime rerum  
 Permittes nullum pondus habere preces.  
 Non modò ne stimulis mentem purgantur acerbis,  
 Nec faciat pauidis conscia culpa metum:  
 Verum etiam, ueluti iactantur in æquore nautæ,  
 Ventorum rabie quum maris unda tumet.  
 Si stabunt illos circum infinita, minentur  
 Quæ mortem, præsens exitiumq;, mala  
 Numine diuino tecti, sic usq; periculis  
 Cælestem medijs experiantur opem:  
 Ut quamuis uasto totus ruat impete mundus,  
 Non illos ulla lædere parte queat.  
 Me certe tua cura tegit, tua dextera seruat,  
 Auxilium præsens fersq; refersq; mihi.  
 Et quoniam solus rerum es tutela mearum,

Per numeros omneis hocq; tuere caput:  
 Te meritò grato celebros quoq; carmine, lingua  
 In laudes iure est officiosa tuas.  
 Tu mihi discussa cæca caligine mentis,  
 Luce facis clara fulgeat orta fides.  
 Tu facis ut firmo ponam uestigia gressu,  
 Certa tui uerbi quæ uia præbet iter.  
 Tu mihi curarum requies, tu rebus in arctis  
 Quassatæ solus portus & aura rati.  
 At uos nil puduit quos in scelus ire, priora  
 Confessi placido crimina quisq; Deo:  
 Discite iustitiam: peccatum ponite, namque  
 Infestus punit facta scelestæ Deus.  
 Utq; ferox plagis contusus membra caballus  
 Indomito duros accipit ore lupos:  
 Dextera sic Domini feriens irata malorum  
 Ceruices cogit frena pati rigidus,  
 Dignaq; dat meritis illorum præmia: serò  
 Si qua uenit, magno scenore pæna uenit.  
 Sæpe quidem iudeis opibusq; & honoribus auctos,  
 Ardua conspicuum tollere ad astra caput.  
 Sed tamen interea curarum pectora morsus  
 Fine quibus dempto discruciantur habent.  
 Attonitos furie surdo dum uerbere cedunt,  
 Et quatit occultus nocte dieq; metus.  
 Secura uerò defunctos tempora uitæ,  
 Cum irabet in Stygiam uridus orcus aquam:  
 Tum demum æterna pænas sub nocte nocentes,  
 Immanis pænas, perpetuasq; serent.  
 Hæc speranda malis: iustis pax, uita, salusq;  
 Gaudiaq;

Gaudiaq; admistos non habitura metus  
 Vos quibus elati letos diffundite uultus,  
 Syncera colitis qui pietate Deum.  
 Et celebrate illum. meritis quàm dicere laudes,  
 Credite, res non est gratior ulla Deo.

SERVI ABRAHAMAE PRECES,  
 cum legatus in Mesopotamiam missus esset  
 ad adducendam Isaaco coniugem.  
 de Cap. Gen. XXIII.

**P**rospere ades, precibusq; fauens, pater optime, nos  
 Hec mea pro domino sint rata uota meo. (stris,  
 Tandem iter emensi, iussa consistimus ora,  
 Hic ubi muscosis fontibus unda fluit.  
 Iamq; petituræ latice de more puella,  
 In sua supposito uertice tecta ferent.  
 Ex illis igitur, lympham quæcunq; roganti  
 Porriget, & blando dixerit ore, bibe:  
 Quin famulis etiam præbebitur, atq; camelis,  
 Hausta meis manibus fontibus unda, tuis:  
 Hanc precor esse uelis, me conciliante, marita  
 Quæ digna in thalamos Isaci abire mei.  
 Sic discam, uerè te res curare patroni,  
 Nec finire optatis pondus abesse pijs.

BIVSDEM GRATIARVM ACTIO,  
 de eodem loco.

**O** ita, dicebam, facis Rex maxime, terra  
 Ut mihi felici pressa sit ista ppe:  
 Ut quod & Abramus, quod natus & Isacus optant,  
 Ipse



Ipse uelis cęptis dexter adesse meis:  
 Non modò dexter ades, sed & hoc bonus insuper ads  
 Hinc sit in amplexus / faci itura sui: (dis,  
 Authorem Naboris Tharen quę sanguinis edit,  
 Huius auum, proauum dicit & esse suum.  
 Gratia magna Deus tibi, qui bonitate perenni  
 Omnia patrono qua rata uota facis:  
 Fecisti illius nato formosa ueniret  
 E' consanguinea castaq; sponja domo.  
 Sponja olim series natorum cuius, & ille  
 Thariadum æternus sanguine surget honos.

ISAACI PATRIARCHÆ, FELICITATEM  
 Iacobo filio optantis.  
 Gen. XXVII.

Cuncta fluunt à quo largo ceu commoda fonte,  
 Omnipotens hominum rexq; paterq; Deus:  
 Nate tibi uiuus nullo non tempore felix,  
 Et tua sint faciat candida fata precor.  
 Tempestate tibi donet nutrita secunda,  
 Ut reddat iusta semina terra fide.  
 Tempore det teneris maturo uitibus auctus,  
 Ut spument pleno candida musta lacu.  
 Plurima te metuat populorum turba, tuaq;  
 A' terra tellus cętera iura petat.  
 Te fratres, series & continuata nepotum,  
 Cum tota dominum posteritate colant.  
 Esse Deo gratum qui te dolet inuidus, optat  
 Sint capiti illius quę mala cunq; tibi:  
 At qui grataturq; tibi, laudatq; supremum,

Munere

Munere cuius habes munera tanta, Deum:  
 Is quoq; sit felix ac fortunatus, & in se  
 Difficilem nunquam sentiat esse Deum.

IACOBI IN MÉSOPOTAMI  
 am proficiscentis uotum.  
 Gen. XXXIII.

Sit felix faustumq; precor, sub imagine somnii  
 Hac iucunda tulit quod mihi nocte quies.  
 Hic mihi non dubia uisus sum luce uidere  
 Scalarum eductos celsa sub astra gradus,  
 Plaudentesq; Deo lætis concentibus, illos  
 Ire per angelicos atq; redire choros.  
 Ipse parens rerum supremo uertice nixus,  
 Edere diuino talia uerba sono  
 Rex ego sideream mundi qui tempero sedem,  
 Quod mare, quod tellus continet omne creans,  
 Ut Deus Abrami, Deus Isaci, auiq; patrisq;  
 Sum, Deus Isacida sic tibi semper ero.  
 Tu mihi cura, tibi, soboli gentisq; tuorum  
 Quæ tua membra premunt iugera culta dabo.  
 Lucida nec claro tot in æthere sidera fulgent,  
 Exiguus non tot corpora puluis habet:  
 Quanta Iacobe tibi faciam sit turba nepotum,  
 Extendens generis nomina clara sui.  
 Quæq; Eurus spirat, Zephyri quæ flabra feruntur,  
 Quæq; ruit Borcas, qua uenit aura Noti.  
 Nascetur sancta promissus origine Christus,  
 Quiq; humana geret munia, quiq; Dei,  
 Ille genus uestrum prolapsus in pristina reddens,  
 Peccatis

Peccatis sistet, criminibusq; modum.  
 Ille dabit iustis carituram sine salutem,  
 Ad cœlumq; suo sanguine pandet iter.  
 Nunc felix, quam te uoluerunt iussa parentum,  
 Tutus ab insidijs me duce, carpe uiam.  
 Non alimenta tibi, uestes, non cœtera deerunt,  
 Quæ mea donabit commoda larga manus.  
 Nec dubita, rursus terra sistere paterna,  
 Certa Dei uero semper in ore fides.  
 Dixit, & abscedens cum somno fugit imago:  
 O utinam possim tanta uidere bona.  
 Sed potero, & rediens gratus tibi maxime rerum,  
 Hic statuam laudi tecta dicata tuæ.  
 Nec decumam prompta adijciã non mente bonorum  
 Munifica dederis quæ mihi cunq; manu.  
 Interea lapis hic, resoluta membra quiete  
 Quem super, aure mihi uerba recepta Dei,  
 Perfusus pinguiq; oleo, tituloq; notatus,  
 Hic sacra testetur templa futura Deo.

EIVSDEM PRECES, CVM DE ME-  
 SOPOTAMIA reuersus, Iordanem transitu-  
 rus esset. Gen. XXXII.

**M**agne pater, Deus Abrami, Deus Isaci, origo  
 A quibus est generis te tribuente mihi,  
 Qui me iussisti peregrinas linquere terras,  
 Rursus & ad patrij tecta redire laris:  
 Non ego sum tanti, cuius bonitate uacaret  
 Totius uitæ pars mihi nulla meæ.

Ferret & auxilium nobis, promptumq; referret,  
 Quæ tua mi nunquam gratia pigra fuit.  
 Trans ego Iordanis primum cum flumen abirem,  
 Hunc gero quem baculum nil mihi præter erat.  
 At nunc consortesq; thori, sobolisq; reduco  
 Agmina, & innumera me comitantur opes.  
 Quæ tu meq; simul serua, ne forte furenti  
 Germano fiam præda cruenta meo.  
 Ne matrum sæuus fera sanguine tela cruentet,  
 Ne patris ante oculos pignora chara necet.  
 Sim tua cura precor, nec te sententia uertat,  
 Maxime pollicitus qua mihi sæpe Deus:  
 A' sobolis nostræ ducendam sanguine gentem,  
 Cui numero uasti cedat arena maris.

EIVSDEM MORITVRI PRO NEB  
 potibus suis, Iosephi filijs.  
 Gen. XLVII.

Q Vi fabricatus opus magni mirabile mundi,  
 Magne, tuo seruas numine cuncta, Deus.  
 Auguste nostri ueneratus auusq; paterq;  
 Constanti Dominum quem coluere fide.  
 Qui mihi ter denis lustris iam penè peractis,  
 Vitam inopem nunquam passus es esse meam.  
 Tu quoq; nostrarum custos fidissime rerum,  
 Angele præsidium confugiumq; meum:  
 Tempore qui semper nos es tutatus ab illo,  
 Cursarem patrios cum tener ante lareis.  
 Respice ad hos placido pueros mitissime uultu;  
 Præsentiq; illis numine dexter ades.

Nomine deq; meo dictos, patrumq; meorum  
Promissi seruet gratia sancta tui.

Innumera illorum descendat sanguine, iustos

Progenies aquet quæ pietate patres.

Extendatq; sui generis monumenta, tuiq;

Nominis, immensi quæ patet orbis iter.

ÆNEVS SERPENS, DE CAPITÆ

libri Numerorum XXI. ad Phil.

Melanchthonem.

**A** Mramidesmerso qua tempestate Pharone,  
Duxerat Isacidas per uada rubra maris:

Venit in Arabia saxeta, & inhospita, nunquam

Rura labore hominum culta, labore boum.

Vertice quæ Sina æthereo, Nabathæus Orebo

Cum socio, sacrum tollit ad astra caput.

Hinc per Idumæos, fuerat quæ proxima, campos

In Cananea Deus quod negat arua uiam:

Flectere sed retro cursus, longoq; Seirum

Anfractu, circum tendere mandat iter:

Fessa labore uia, paulo quæ fugerat ante,

Ad Pharias optat turba redire domos.

Incusatq; Deum, raptatq; in crimine Mosen,

Atq; sibi solitum, uerba proterua iacit.

Hæc pæcta Isacidis tellus, hæc ora beata est,

Quæ melle & lactis tota liquore fluat?

Regna utinam nobis nunquam deserta Canopi,

Aut super hoc nostrum tempore nemo foret.

Essemus miseri, sed uel sensu absq; doloris,

Vel mensas inter Niliacasq; dapes.

Nunc undas nobis tellus nec foeta ministrat,  
 Nec frugum praebet mitia dona Ceres.  
 Manna quidem superant, sed cui fastidia tandem  
 Non moueat crescens uilis in ore cibus?  
 Praestat ad Aegypti rigidas remeasse catastas,  
 Cocta ubi carne tamen membra replere datur:  
 Quam syluis dira perysse fameq; sitiq;  
 Hac fieriq; cibum, quas habet ora, feris.  
 Hic Deus intunuit, poenae nec tempora differt,  
 Cum subito castris plurima dipsas adest.  
 Flammiferi dipsas feriat quae dente ueneni  
 Membra, siti (miserum) tabificaq; necet.  
 Peste noua percunt, lethataq; corpora passim  
 Serpentium morsu uir mulierq; iacent.  
 Poenitet Isacidus mentis, linguaq; profanae,  
 Ipse Deum Moses de ueniaq; rogat.  
 Mite Deus numen: Quoniam peccasse fatentur,  
 Et poenas, inquit, se meruisse dolent:  
 Nostra etiam ira pedem referat, suspende draconis  
 Aenea sublimi corpora fixa trabe.  
 A colubro laesus quae qui suspexerit, ille  
 Viuet, & integro corpore sanus erit.  
 Iussa facit Moses, serpens ex arbore pendet,  
 Dirigit huc oculos foemina uirq; suos.  
 Nec mora, cui tristi corpus rubet omne ueneno,  
 Vidit, & integro corpore sanus abit.  
 Quam sese uere serpentis imagine dixit  
 Hac designatum Christus in historia?  
 Amramides lex est, sub ductu crimina legis,  
 Improbitasq; hominum conspicienda patent.

Crimina cum primùm fuerint conspecta, uenenum  
 Quo perimant animas dipsade peius habent.  
 Nec quisquam est, mundi dum per deserta uagamur,  
 Peccati qui non ictus ab angue gemat.  
 Iaredo sit ut ille sato mage sanctus, & ipso  
 Qui primus iusto sanguine tinxit humum.  
 Peccati caput est satanas, & caussa, dracone  
 Hoc patre serpentes crimina uirus habent.  
 Hic generis matrem decepit Adamida nostri,  
 Pestiferoq; Dei uulnere laesit opus.  
 Cum iussa illius Manna aspernanda salutis,  
 Et suasit uetita carpere poma manu,  
 Illa quid infelix, nisi & ipsa infecta uenenis,  
 Bderet aeternæ pignora nata neci?  
 Et iam (nec miseris spes ulla relicta salutis,  
 Tam uirus medicæ uicerat artis opem)  
 Materno quicunq; utero prodisset in auras,  
 Mortuus in Stygias præcipitabat aquas.  
 Ferre nequit cladem tantam miseratus ab alto,  
 Filius aeterno de genitore satus.  
 Ergo patri supplex, celso descendit Olympo,  
 Et fit mortali sanguine cretus homo.  
 Non illo quidquam uidit deformius atas  
 Vlla prior, poterit nulla uidere sequens.  
 Nam (bonitas ô summa Dei) procumbere in illum  
 Omnia mandarat crimina nostra pater.  
 Vnde licet sanctus, nec doctus fallere, membra  
 Corporis infirmo plena dolore tulit.  
 Intorto propter nos tergum uerbere sectus,  
 Nos propter casus uulnera seua gerens.

Tamq̄ cruci suffixus erat genitore iubente,  
 Protinus offensi cum cadit ira Dei.  
 Eripitur sathanae peccati spargere uirus,  
 Et solo aspectu uita, salusq̄; redit.  
 Ne' ue quis ignoret (sint tanta incommoda cura  
 Nostra Deo) miseris unde petenda salus:  
 Excitat aeternus pater omni tempore, membra  
 Qui doceant sobolis suspicienda sua.  
 Sic Christum natis monstrauit origine mundi,  
 De fragili finxit quem Deus ipse luto.  
 O quoties stultum iusto cum fratre Cainum  
 Dum monet, & faciant quid, fugiantq̄; docet  
 O quoties dixit: Serpentis dente recepto  
 In mentem, & corpus, uulnera quanta gero?  
 Nec nocet anguinum soli mihi uirus, & ipsis  
 Sum miser heu natis causa perire meis.  
 Ne tamen aeternum luctum extendamus in æuum,  
 Spes me promissi seminis una fouet.  
 Seminis, humano genitum quod sanguine, dextram  
 Saluificam nobis applicuisse uolet.  
 Non uerbis sanans, non succis, sacra cruore  
 Sed quo transfixo membra fluent latere.  
 Saue draco, nostri mordebere dente draconis,  
 Vita mihi illius mors, tibi pestis erit.  
 At uos o soboles patri gratissima, cœli  
 Mittere ut hoc properet semen ab arce Deus:  
 Siderei mecum numen cœleste parentis  
 Et fletu & multa sollicitate prece.  
 Sic amissa salus, sic uita beata redibit,  
 Quæ uerum pura est noscere mente Deum.



Hunc quoq; monstravit capsæ fabricator acernæ,  
 Quem sua riserunt tempora, Lamechides.  
 Thariadesq; parens, & psalteria Musa poetæ  
 Qui tulit ex humili regia sceptrâ loco.  
 Deinde sacri uates, quos Christo digna locutor,  
 Dicere tam tenui carmine nemo potest.  
 Monstravit digito Baptista, Deiq; professus  
 Est agnum, mundi qui ferat omne scelus.  
 Quid uerò Paulus, quid nam bisseua uirorum  
 Quæ Dominum in terris turba secuta fuit?  
 An' ne aliud mōstrant Christi quàm mēbra draconis,  
 Vulnera qui solus nostra leuare potest?  
 Nuper & inductis pietas cum pressa lateret  
 Nubibus, & ueræ religionis honos:  
 Saluifici est postquam uerbi lux reddita terris,  
 Et redyt fidei qui fuit antè nitor:  
 Aspiciere ad Christum iussit facunda Lutheri  
 Lingua, prior qua non hoc fuit ulla solo.  
 Nec tua nunc aliud, cœlestia doctè Melanchthon,  
 Idem & Germani gloria prima soli,  
 Nil tua scripta sonant, Christum nisi, saucius à quo  
 Frustra unquam petyt nemo salutis opem.  
 Heu cur humana pars præstantissima gentis,  
 Aut nullum sese uulnus habere putat:  
 Aut si quid sentit damnorum, expellere morbum  
 Ipsa sibi stulta nititur ægra manu:  
 Lumina nec solum Christo non figit in ipso,  
 Hoc & qui faciunt mente carere putat:  
 Sed quoq; monstrantes illum furialiter odit,  
 Exilio, uinclis, carcere, morte domans.

Non opus exemplis, annales inspice mundi,  
 Inspice quisquis ades, temporis acta tui.  
 An doctrina ideo tamen est prodenda salutis,  
 An ne ideo nostram par cecidisse fidem?  
 Sit cæcus, Stygio mundusq; furore regatur,  
 Intentet sanctis mille pericla Dei:  
 At licet infirmus suspensus ab arbore Christus,  
 Sequ; suosq; tamen quo tueatur erit.  
 Interea nostrum monstremus quisq; draconem,  
 A quo tota salus, non aliunde uenit.  
 Nolit ut hoc mundus fieri, uitam auferat: ipsam  
 Qui perit ob Christi, non perit ille, fidem.

SAULI ET IONATHÆ EPICED-  
 dium, de II Historiæ Regum,  
 Capite I.

O Dolor, ô mæsti tristissima tempora luctus,  
 Tempora non fastis annumeranda bonis.  
 Heu heu sic cæsos, fortissima pectora, celsis  
 Montibus, insignes occubuisse uiros?  
 Nesciat hæc quisquam, tacito uramurq; dolore,  
 Ne grauet accedens tristitia damna pudor.  
 Præcipue cupiam Getæis hostibus esse  
 Ignota, & ciues A sclo latere tuos.  
 Damna Palestina propter ne nostra puella,  
 Impia crudeli gaudia mente ferant.  
 Ne dicant uictis diuinam uirtute suorum,  
 Auxilio nulla parte fuisse Deum.  
 Heu heu sic cæsos, fortissima pectora, celsis  
 Montibus aduerso Marte iacere uiros?

At uos deuoti montes, deuotaq; rura,  
 Gelboadum. tollunt quæ iuga celsa caput.  
 Caneat ò nunquam rorata mane pruina,  
 Vestra nec æthereis terra madescat aquis.  
 Non sit culta seges, non sit queat unde benigno  
 Primitias aliquis seposuisse Deo.  
 Vos ne locum, caderent ubi præstantissima nostri  
 Pars clypeo excusso, sustinuisse dare?  
 Vos uelut extrema populi de plebe fuisset,  
 Non oleo tinctus tempora cana sacro:  
 Occisi fædo uenerandam puluere Sauli  
 Cernere turpari non puduisse comam?  
 Heu heu sic cæsos celsis in montibus, armis  
 Nulla pares quorum secla futura ferent?  
 Contento nunquam direxit spicula neruo,  
 Vulnere quin Ionathæ dextera certa daret.  
 Non redijt Sauli gladius nisi uictor ab hoste,  
 Tincta nisi multa cæde nec hasta fuit.  
 Hostibus oppressis claros egere triumphos,  
 Et fuerunt patriæ lausq; decusq; suæ.  
 Heu heu crudeli tam fædè Marte peremptos,  
 Virtute insignes occubuisse uiros?  
 Quàm bene compositi Saulus Ionathasq; fuerunt,  
 Hic qualis natus, qualis at ille parens?  
 Quàm bene cum nato, bene pro nato alter, at alter  
 Proq; parente suo cumq; parente iacet?  
 Ille iacet, sed non sic illius incluta fama,  
 Virtutisq; tuæ gloria Saule iacet.  
 Gloria, quæ celeres aquilas leuitate, leones  
 Roboreq; insigni uos superasse ferens:

Victuri semper donabit nominis usum,  
 Sidera dum cælum, dum mare uoluet aquas,  
 Heu heu sic cæsos bello, crudelibus umbris  
 Isacidum summos occubuisse uiros?  
 Ite piæ Saulo miserabile dicite carmen  
 Isacides matres, Isacidesq; nurus.  
 Dicite, pro patria, patriæ laus maxima terræ,  
 Occidit, atq; omnis gloria nostra perit.  
 Sidonio tinctas quis pallas murice, uestes  
 Et quæ nos cultu uersicolore tegant:  
 Quis nobis hosti detracta monilia uictor,  
 Ditiâq; ornatus cætera dona dabit?  
 Heu heu sic sauo, fortissima pectora, ferro  
 Marte sub aduerso procubuisse uiros?  
 Dulce caput Ionatha, uita mihi carior ipsa,  
 Siccine es ah misero frater adempte mihi?  
 Plenus amor nobis fuit, & concordia, uita  
 Ad finemq; stetit firma tenaxq; fides.  
 Nec quam præferrem, mihi res ita magna fuisti,  
 Vlla oculis placuit grata puella meis:  
 Viximus insigni pietatis fœdere: sed quid  
 Sic uixisse iuuat, non ideo' ne iaces?  
 Absumptoq; cinis Dauidæ corpore factus,  
 Præcipua cogis parte carere sui?  
 Heu heu sic belli fortissima cæsa furore  
 Pectora, præstanteis occubuisse uiros?  
**EZECHIAE REGIS GRATI-**  
**arum actio, cum è pestifero & despera-**  
**to morbo recreatus esset.**  
 Isaiæ XXXVII.

**O** Qui regna pater nutu stellantia torques,  
**O** est in cuius uitaq; morsq; manu:  
 Me miserum, quantis morbi cruciatibus uror,  
 Quam mea tabificus corpora languor habet?  
 Lanificæ iam summa legunt mihi fila puellæ,  
 Ante diem Stygia cogor & ire uia.  
 Me miserum, uerbo, quo maior nulla uoluptas,  
 Me miserum, sacris diuidimurq; tuis.  
 Non iam thura mihi pacalibus addere flammis,  
 Non dabitur templo munera ferre tuo.  
 At pallent senibus rugosa tot ora scelestis,  
 Qui referunt prisca temporis acta suis.  
 Heu quam non paucos poteram superesse per annos,  
 Reddereq; Isacidis iura petita meis,  
 Tempore transacto mihi dum meliore senectus  
 Turparetq; genas, inficeretq; comas.  
 Exustis Arabum ueluti pastoris campis,  
 Aut Scythico, stabat quæ casa fixa, solo.  
 Ante expectatum Nomadis transfertur in agro,  
 Et iam non, fuerat quo prius illa, manet:  
 Aut sæpe insertum radys subtegmen acutis,  
 Textentis medium rumpitur inter opus:  
 Sic quam sperabam citius me uita relinquit,  
 Et secat immitti stamina Parca manu.  
**O** tantum liceat uenientem cernere lucem,  
 Exiguum liceat temporis esse super.  
 Non licet heu miser, heu nil proficientia perdo,  
 Irritaq; in uentos uota precantis eunt.  
 Tam citò nam clauso lucem non condet Olympo,  
 Roscidus obscuro uestper & ibit equos:

Multo

Multo antè in phæretro quin conclamata repositi,  
 Condentur loculo frigida membra suo,  
 Ut super accumbens deprensi monte iuueni,  
 Omnia Getulus conterit ossa leo:  
 Ira tui nobis corpusq; animumq; furoris,  
 Comminuit mortis debilitata metu.  
 Et iam deficiunt sensus cum mente, loquendi  
 Iam vires lingua deficiente cadunt.  
 Lingua, agræ summos mentis testata dolores,  
 Quæ triste immensum discruciatæ gemit,  
 Strymoniaq; instar gruvis, acriaq; palumbis,  
 Alitis absumptum quæ flet & instar Itym.  
 Morte graueis oculos nigrescunt omnia circum,  
 Hæret in extremo spiritus ore mihi.  
 Et si, summe Deus, tua nos quoq; cura relinquet,  
 Nec cedent uerbo tristitia fata tuor:  
 Soluitur, in uacuas fugiens & deserit auras,  
 Ponendum mæsto corpus inane rogo.  
 Talia rumpebam moritura uoce, uocato  
 In mea chare pater numina uota tuo.  
 Quæ quàm te pro me tetigerunt, comprobat iste  
 Qui redyt nobis per tua uerba uigor.  
 Verba, tuus uero quæ nunciat ore prophetes,  
 Te nobis placidum spondet & esse Deum.  
 En erit illa dies, rursus qua templa subibo,  
 Imponamq; sacris thurea grana focis.  
 En erit, & meritas animæ tibi debitor huius,  
 Pro tanto grates munere semper agam.  
 Utq; mihi facies furiarum, ut mortis imago  
 Leithæusq; dolor, Cimmerijq; metus,

Tempore quam longo lumen uitale uidebo,  
 Hærebunt animo non abitura meo:  
 Sic non exciderit pietas tua, sic mea semper  
 Lingua erit in laudes officiosa Dei.  
 Vita tuo in uerbo est: ô toto pectore capti,  
 Qui tribuunt meritis corpora sana suis:  
 Aut simul ac horam morbus denunciât atram,  
 Viribus herbarum cedere fata putant.  
 Mors erat ante oculos, nec quid speraret habebat  
 Spiritus infernas iam subiturus aquas:  
 Quid loquar immensos cruciati pectoris æstus,  
 Quæq; aderat nullo cura leuanda modo?  
 Crimina quæ propter miserum me cura coquebat,  
 Et requiem menti non dabat ægra meâ:  
 Et dicam, tulerit mihi quod medicina salutem,  
 Et dicam meritis quod data uita meis?  
 Seruatum tua me bonitatis è faucibus Orci,  
 Non immatura est passa perire necesse.  
 Quin uitæ quod me beat immortalis honore,  
 Quod me cælicolis & facit esse parem:  
 Omnia complexo dulci bonitate remittis,  
 Sollicitant quæ me turpia facta pater.  
 Et meriti quamuis pœnis scelera omnia uentos  
 Fluctisonum rapidos per mare ferre iubes.  
 Scilicet ut fiat tua summa potentia, fiat  
 In nobis pietas ut tua nota magis:  
 Et tibi nunc uiuus potius dem laudis honores,  
 Quam tegat oblitum numinis urna tui.  
 Mors adoperta caput tenebris tua nomina nescit,  
 Virtutem memorant nec Stygis antra tuam.

Illud opus nostrum, solis qui luce fruentes,  
 Vulgamus dextræ maxima facta tuæ.  
 Utq; ego nunc facio, grati tibi uota, precesq;  
 Dicimus, æternum te canimusq; Deum.  
 In quo ne quando cessem pater optime, tanti  
 Oblitus meriti dicar & esse tui:  
 Quam mihi seruasti, da uitæ quidquid ab isto  
 Tempore producam, seruiat omne tibi.

DEO SENESCENTEM QVOQVE  
 Ecclesiã curæ fore. de capite Isaia XLVI.  
 ad Paulum Eberum.

**P**Rodeat expletis grauida dum mensibus aluo,  
 Ut factum proprio sanguine mater alit:  
 At simul enixa est, astringit corporis artus,  
 Neu uitium ducant membra tenella cauet:  
 Vbera dat charis, & dat simul oscula labris,  
 Atq; fouet molli pignora grata sinui  
 Auertit lemures cantu faciente soporem,  
 Nec somnum cunis aduigilando capit:  
 Balba refert balbo, timidis insistere plantis  
 Et iubet, infirmas & iuuat ipsa pedes:  
 Deniq; cura omni, ueniat dum firmior ætas  
 Educat, & nullum ferre recusat onus.  
 Sic fotos aluo, sua pignora gestat, Ebere  
 Paule, sibi fidunt qui modò cunq;, Deus.  
 Non sine matre sua est Christum quæ turba fatetur,  
 Ipse Deus pater est, mater & ipse Deus.  
 Ille fauore sacri nos gignit numinis, inter

Perq;



Perq̄; fidem natos nos facit esse suos.  
 Sancta sui uerbi nobis alimenta ministrans,  
 Æterno reficit pectora nostra cibo.  
 Impiger inuigilat pro nobis, cuncta repellit  
 Quæq̄; nocere animis corporibusq̄; solent.  
 Præcipue qui nos ueluti leo circuit hostem,  
 Illius occultos & uetat esse dolos.  
 Esse iubet sanctos, & quos iubet, adiuuat ipse,  
 In nobisq̄; suum comprobat autor opus.  
 Idq̄; retro fecit seclis quæcunq̄; peracta,  
 Et faciet, donec mensis & annus erunt.  
 Nam non crescentis tantum olim Ecclesia mundi,  
 Hæc sed & effæti est grata, placetq̄; Deo.  
 Illam ruga quidem nunc turpat plurima, membris  
 Omnis & ablatas qui fuit ante uigor:  
 Non minus & curat tamen, & defendit, & auget  
 Proq̄; illa est præsens in statione Deus.  
 In uos nulla meo ueniet iactura fauori:  
 Quæ fuerat iuuenum, cura erit illa senum.  
 Hæc pater, at Christus; Vobiscum ad tempora mundi  
 Vltima sum. Christum fallere posse putas?

IONÆ PROPHETÆ GRATIARVM  
 actio, cum bellua marina, quæ proiectum in  
 mare deuorarat, uiuum & incolu-  
 mem illum tertio die euomu-  
 isset. Ionæ II.

CVM circumstaret me turba immensa malorum,  
 Iamq̄; foret uitæ spes mihi nulla meæ:  
 O pater, ô celerem ser opem mihi sancte, precabar,  
 Irrita

Irrita nec miseri uota precantis erant.  
 Audisti nostras Stygio de uentre querelas,  
 Hæc mihi Styx uerè uiscera piscis erant.  
 A te fluctuagi proiectus in æquora ponti,  
 Ore necaturas ebibiturus aquas:  
 Montibus undarum moriens, cunctisq; premebar  
 Obrutus insani fluctibus Oceani.  
 Non mihi iam dulcis patriæ spes tecta uidendi.  
 Audiet iratus nec mea uota Deus.  
 Undosi ualleis ponti demersus in imas,  
 Aeternum pelagi carcere clausus ero.  
 Talia dicebam cum me de morte reductum,  
 Non pateris ceti uentre perire pater.  
 Non quod tanta foret pietatis gratia nostræ:  
 In uerbo quàm quod spes mihi tota tuo.  
 Ah nimium faciles, gratæ sibi dona salutis  
 Qui uite meritis cunq; uenire putant.  
 Vna fides Dominum placatumq; efficit, utq;  
 Se solum propter, non opera ulla iuuet.  
 Ergo etiam tibi me uotiuo carmine damno,  
 Et merito grata dedico mente Deus.  
 Nam se nostra salus totam tibi debet, & ipsum  
 Esse tui possum quod memor, omne tuum est.

THOBIAE THOB. F. PRO FELICI  
 coniugio preces. Thob. VIII.

Q Vem coluere tuo defensi numine, rerum  
 Maxime stirps quorum progeniesq; sumus:  
 Te cælum, & liquido quæ pendet in aëre tellus,  
 Te nubes, uenti, cæruleq; unda maris:

*Omnia te laudent, tibi seruiat omne quod usquam est,*

*Et celebrent nomen cuncta creata tuum.*

*Tu cum composito uiridi de cespite Adamo*

*Euam, iure thori quæ socianda, dares:*

*Sanxisti qui cum consortes exigat annos,*

*Iungatur nostrum cum pare quisq; sua.*

*Quæ tua ne contra faciam mandata creator,*

*Hanc Saram elegi, quæ mihi sola placet.*

*Non Veneris propter lasciua gaudia: possim*

*Sed potius fieri te tribuente parens.*

*Sed potius nostro nascantur sanguine, crescat*

*Per quos immensi gloria magna Dei.*

*Quòd supplex ergo mecum mea Sara precatur:*

*Nos placidus summa pro bonitate tege.*

*In socio thalamo quòd sit tibi cura bonorum:*

*Exempla ut canis simus uterq; comis.*

CARMEN NVPTIALE, DE LIBRO

psalmodum Dauidis, Cantico

CXXVIII.

**O** Virum ter & amplius beatum,  
 Qui Deum metuis, uiamq; legum

Ipsius sequeris: tuas in illo

Spes, qui fallere non potest, reponens.

Non ingratus ager tibi labore

Partas fundet opes tuo: solutus

Curis, tristitia, dolore, casus

Non ullos metues periculorum.

Coniunx delicia tuæ, racemis

Sicut pampineis grauata uitis,

Fæcunda innumeris tibi beabit

DOMINE

Domum pignoribus: tuam sedebunt  
 Quæ, fructus ueluti tenelli oliuæ,  
 Ad mensam, tua gaudia, & uoluptas:  
 Dulces gaudia filij parentis,  
 Dulces filiola patris uoluptas.  
 Ex Sion Deus omnibus diebus  
 Sis felix faciet, niues adusq;  
 Ut cani capitis, domos & urbes,  
 Et legesq; Dei, Deiq; cultum  
 Florentem uideas: senex nepotum  
 Ut turbam uideas, Dei fauore,  
 Est qua nil meliusq; pulchriusq;  
 Vita, pace frui, per omne tempus.  
 DE EDUCATIONE LIBERORVM.  
 Ex XXX Capite Iesu  
 Sirachi.

**M**ollibus ex animo natum qui diligit annis,  
 In sanctos mores erudisse studet.  
 Increpat, hortatur, laudat, monet, urget & instat,  
 Quæ facienda iubens, quæ fugienda uetans.  
 Ut simul atq; illi matura adoleuerit ætas,  
 Ipse ferat curæ præmia digna suæ,  
 Præmia læticiam, qua non implere parentis  
 Mentem animumq; pij gratior ulla potest:  
 Quam si conspiciat sobolem uirtutibus auctam,  
 Nomen honoratos inter habere uiros:  
 Teq; ideo liuor cruciari: gaudia mente  
 Sed læta iunctos sanguine ferre sibi.  
 Quam si conspiciat, ueniet cum funeris hora,  
 In nato sese uiuere & esse super.

Ut neq; non possit dubijs in rebus amicis,  
 Extinctus quamuis utilis esse suis:  
 Praesidiumq; illum sibi forte, suisq; relinquat,  
 Atris oppositum dentibus inuidiae.  
 Lenis at indulget nato quicumq; puelli  
 Nec lacrimasq; pati, nec gemitusq; potest.  
 Verbera quinetiam meritum defendit, & eheu  
 Causa, inquit, fletus sim ferus ipse meis?  
 Saxa gerit duro, solidumq; in pectore ferrum,  
 Immerito nomen dulce parentis habet:  
 Sustinet immitti puerum qui cadere uirga,  
 Tristiaq; aetati uerba loqui tenerae.  
 Stultus, qui miserae sobolis corruptor & osor,  
 Quo sese natum credit amare, nocet.  
 Ut duros nondum qui frenos ore momordit,  
 Rectorem indomitus ferre recusat equus:  
 Haud aliter quisquis puer indulgente parente,  
 In mores coepit luxuriare malos:  
 Non audit praecpta dein tractabilis ulla,  
 Recta ferox odio uerba monentis habet.  
 Omnia ceu furijs actus contraria legum  
 Mandatis, posito facta pudore facit.  
 Sic & in aeternum, uitiorum gurgite mersus,  
 Exitium, patrio crimine praecipitat.  
 At tu cura tui uere quem tangit alumni,  
 Dum pueri est aetas mollis, & apta regit  
 Ne uero indulge, ne fortia frena remitte,  
 Sulticiae illius stultior ipse fauens:  
 Infectus uitij ne quando adoleuerit, & iam  
 Quae cupiet, credet cuncta licere sibi

Colla iugo eripiat, disruptaq; lora relinquens,  
 Mæroris patri sit tibi caussa suo.  
 Ab quoties aliquis teneri corruptor alumni,  
 Vidit ubi sobolis facta scelestâ suæ:  
 Ab quoties gemuit, quoties suspiria ducens  
 Fleuit, & heu seris ora rigauit aquis.  
 Blanda nocet teneræ menti indulgentia, iunctâ  
 Verba pijs profunt imperiosa minis.  
 Principijs obsta: serò conuellitur arbor  
 Viribus immensum quæ stat adauctâ solo:  
 Sed cape lora, ferosq; animos crescentibus annis,  
 Ipsius & multo uerberere terga doma.  
 Ille fleat potius, fædo quàm puluere canos  
 Deformes, miserâs dilaniesq; genas.  
 Ocia dant uitijs auctus: quæ uitet ut ille,  
 Da uacuo semper quod tueatur opus.  
 Fac arteis primo rectas condiscat ab æuo,  
 Communis quibus hæc uita carere nequit.  
 Vtilis ut patriæ sit, & officiosus amicis,  
 Ac generis fiat gloria magna sui.

## IN NATALEM CHRISTI.

**A** Nnuâ natalis redeunt solennia Christi:  
 Quisquis ades, casta concipe uota prece.  
 Vrantur pingues aris facientia flammæ,  
 Quæ diues thuris munera mittit Arabs.  
 Ipse sui nati festum celebrantibus adsit,  
 Cui promant grates pectora grata pater.  
 Illius insinuet nostro se spiritus ori,  
 Laudibus & præsens sit, fauceatq; suis.

Hæc est illa dies, quæ si non orta fuisset,  
 Perpetuis tenebris terra premeunda fuit.  
 Hæc est, quæ uotis toties optata piorum,  
 O' fortunatam terq; quaterq; diem,  
 Sancta salutiferi uidit cunabula partus,  
 In quibus infanti lac bibit ore Deus.  
 Salue festa dies, terras memoranda per omneis,  
 Dum rapidum mundi Phœbus obibat iter.  
 Ergo quem spacijs ingens non continet orbis,  
 Nec ter cœlorum machina trina capit:  
 Cuius & immensa est, finemq; potentia nescit,  
 Cuius habet uitam munere quidquid habet:  
 Virginis e' cœlo grauidam descendit in aluum  
 Artibus humanis sustinuitq; tegi  
 Sustinuit (miranda Dei clementia) morte  
 Et tristi miseris uita salusq; fuit:  
 Labe carens patriæ dum sese subijcit iræ,  
 Victimaq; in fonti sanguine tingit humum.  
 Qua tamen est ortus, sublimibus alta columnis  
 Marmore non Pario regia structa fuit:  
 Sub lare coniecto culmoq; & carice, brutum  
 Ante pecus tenero uagyt ore puer.  
 Segmentata dedit durum cui stragula scenum,  
 Aridaq; ostrinum præbuit herba thorum.  
 Scilicet ut discamus opes contemnere, duram  
 Mente minus fracta pauperiemq; pati.  
 Sed quamuis pauper, tacitus non edius orbi,  
 Natali celebris pompaq; ducta die est.  
 Tota ferens terris superæ qua concio plebis,  
 Non prius audita nuncia læticiæ:

Gloria sit cælo, geminabant: candida terris  
 Pax: placeant homini quæ placuere Deo.  
 Extulit insolitum liquido iubar æquore stella,  
 Fulsit & in cunas officiosa Dei.  
 Admoniti cælo labentia signa natantes,  
 Ex oriente ferunt qua tria dona magi,  
 Dona homini, Assyrio stillatas cortice myrrhas:  
 Regi aurum fuluum, thurea grana Deo.  
 At quid Idumæus, quid agit, qui regna tyrannus,  
 Et uictor Solymæ gentis habebat opes?  
 Audit Iessæo natum de sanguine regem,  
 Qui ferat Isacidum sceptrum potente manu:  
 Quid? regno excutiemur, ait? Cape tela satellites,  
 Et fac infantum Bethla cruore fluat.  
 Non datur occulte, non unum perdere? certe  
 Qui cadat, in multis milibus unus erit.  
 Tela capit, quo nec uidit crudelius unquam  
 Committi facinus Phœbus ab axe suo:  
 Barbarus interimit infantes ubere raptos  
 Miles, & innocuo sanguine Bethla madet.  
 Tum uerò afficeres ferientis pectora palmis,  
 Inq; genas miseris unguibus ire nurus:  
 Omnia sunt mæstis lachrymantum plena querclis,  
 Et matrum planctus angulus omnis habet.  
 Quid tamen, ô diro crudelis & impie facto,  
 Quid uiuit tantum sustinuisse nefas?  
 Num minus insidiasq; tuas, ensesq; nefandos  
 Exijt, & tutus Christus ab hoste fuit?  
 Tutus ab hoste fuit, folio sublimis auito,  
 Capit & aterna sceptrum tenenda manu.



Inuadens non arua Nino regnata uctusto,  
 Non rapiens fasces Troica Roma tuos:  
 Nam quid opes mundi, terræ quid regna moretur,  
 Qui cæli donat lucida tecta suis?  
 At iura imperij frangens Plutonis, at ipsi  
 Et morti sistens, criminibusq; modum,  
 Inferat ut patrio sibi dedita pectora cælo,  
 Proq; det exhaustis gaudia mille malis.  
 Te uero, similesq; tui, qui temnere Christum,  
 Qui facere audetis bella scelestæ Deo:  
 Sontibus addictos umbris detrudat ad Orcum,  
 Est ubi tartarei regia cæca Iouis,  
 Tempore quo uastos tellus confidet in igneis,  
 Atq; arces mundi subruet una dies.  
 Quam nobis utinam quàm primùm candida portet  
 Aurora in roseis, maxime Christe, rotis.

AD DEVM OPT. MAX. PRO VENE-  
 nia peccatorum, fidei uirtutumq; incre-  
 mento, ac felici Reip. Christianæ  
 statu.

Mœnia cærulei supra stellantia cæli  
 Qui residens, lustras pectoris ima Deus:  
 Eheu spurcatus fœdatam crimine mentem,  
 Dum legis uiolo iura tremenda tuæ:  
 Ceu non ob facinus primi exitiale parentis,  
 Et quod perpetui fonsq; caputq; mali,  
 Te satis offendat natura immunda, nocensq;  
 Nec se, nec numen quæ pote nosse tuum:  
 Ad scelus adieci quod non scelus impius, ô me  
 Me miserum, quod non sustinuiq; nefas?

At facilis nobis solito sis more, precesq̄;  
 Da lachrymis mixtas pondus habere pater.  
 Per te, per nomenq̄; tuum, per uulnera Christi,  
 Vulnera, quæ moriens in cruce quina tulit;  
 Vulnera, quæ propter iustam obliuisceris iram,  
 Ac regni hæredes nos facis esse tui:  
 Cælesti mentis foueat nostræ igne medullas,  
 Qui tuus æterno spiritus ore uenit.  
 Ne tua iussa negem prauis dimittere in aures,  
 Pendeat ex uerbo sed mea uita tuo.  
 Et me quod membrum uoluisti corporis esse,  
 Effuso pro quo sanguine Christus obit:  
 Cum toto cœtu defende, tuere, gubernare,  
 Meq̄; meosq̄; tua pro bonitate foue.  
 Da multos uerbi purè qui semina spargunt,  
 Cognitione rudes instituantq̄; tui.  
 Quæ doceat uera de relligione minores,  
 Auspicijs crescat culta iuuenta tuis.  
 Terra pecusq̄; serant fructus: sit pestis iniqua,  
 Sanguineiq̄; procul flebile Martis opus.  
 Agmina Bistony fera contere, perde tyranni,  
 Barbarus in nostrum qui quatit arma caput.  
 Corpore iusta gerens captiuo uincla, trabatur  
 Ipse triumphantes Cæsaris ante rotas.  
 Contere Romani rabiemq̄; minasq̄; Baalis,  
 Qui Stygio sanctis bella furore facit.  
 Ut quæ Sol ueniens ortus super ingerit, & quæ  
 Cæruleo fessos gurgite mergit equos:  
 Cantetur cunctas tantum tua fama per oras,  
 Cantetur Christi gloria uera tui.

Vnanimisq; tuum defensa Ecclesia nomen,

Æternum celebret, laudet, honoret, amet.

COELVM ET TERRA TRANSI-  
bunt, mea uerba non transibunt.

Lucæ XXI.

**H**oc cælum, certisq; uides quæ sidera cœli  
Lapsibus alternas ire redire uias:  
Hic sol, qui lustrat terras, hominumq; labores,  
Cynthia quæ nunquam quo prius ore nitetur  
Lucidus hic aër, atq; aëre purior ignis,  
Et terra, & liquidi cærule stagna maris:  
Ad nihilum recident supremis omnia flammis,  
Exitio mundum quum dabit una dies.  
At ceu morte caret Deus, illius ore profecta  
Sic uerba æternum non peritura manent.

## ADAMI SIBERI

AE O L O S T I C H O N

Liber Secundus.

DE CORRUPTO SECVLI  
præsentis statu.



Orruptos mores, secliq; incommoda  
nostri

Dum querimur, numeris culta Thæ-  
leia faue.

Quisquis ades ualeas, qui uerū audire

Nescit adulari pagina nostra malos. (recusas,  
pro grege, quos Christi Deus in statione manere,

Quos uerbi curam mandat habere sui:

Pontifices

Pontifices faciunt, immundi idola Baalis,  
 Doctrinam ludos, deliciisq; Dei.  
 Ipse Erebo qui se fingit cæloq; potentem,  
 Romana sathanæ præsul in urbe sacer:  
 Qui leges precio figit, precioq; refigit,  
 Et cæli fictas uendit auarus opes:  
 Ebrius innocuo sanctorum sanguine, Christi  
 Quam furit in miserum, ceu lea saeva, gregem?  
 Nil intentatum sceleris' ue, doli' ue relinquens,  
 E' toto nomen tollat ut orbe Dei.  
 Perq; suos monachos, Cocytia monstra, Baalem,  
 Moribus & firmet regna inimica bonis.  
 In quibus impietas, mendacia, fœda libido,  
 Pro Christo teneant, proq; pudore locum.  
 Sceptra tenere, data est quibus & custodia legum,  
 Heu pauci credunt muneris esse sui:  
 Et curare scholas, & dogmata uera tueri,  
 Quemq; sui cultum comprobat ipse Deus.  
 Pro patria armari, detrudere finibus hostem,  
 Et dare digna bonis præmia, digna malis.  
 Maxima pars Latiae meretricis pocula sorbens,  
 Siderea cæli ridet in arce Deum.  
 Idaliæ reliqui diuæ, Bromioq; litantes,  
 Ocia agunt populo perniciofa suo.  
 Aut si bella placent, non in Turcas' ue, Getas' ue,  
 Christi hostes, illis induit arma dolor:  
 In socias urbeis ferrum uertisse, cruore  
 Et de Christi adûm præda petita iuuat.  
 Indomito rigidus lentis ut pugnat habenis,  
 Qui nondum frenos ore momordit equus:

Sic uulgus legum uinculis parère recusat,

Quæq; sibi libuit, cuncta licere putat.

Iamq; adeo redijt magno renouante Luthero,

Doctrinæ æthereæ quod fuit ante decus:

Quæq; operum densa latuit cœu nube, nitorem

Antiquum rursus cœpit habere fides.

At quotus heu quisq; est, qui talia munera curet,

Ex animo studeat gratus & esse Deo?

At quotus est, dignum se Christi sanguine præstans,

Per pia, quam iactat, qui probet acta fidem?

Scilicet omne malum, scelus omne irrupit in æuam

Hoc nostrum, ferro durius & chalybe.

Victa iacet uirtus, uitis iuuenesq; senesq;,

Artibus inuigilant uir mulierq; malis.

Fraus, Venus, Ebrietas, et amor dominatur habendis

Est nomen pietas, nomen inane fides.

Et dubitamus adhuc, non exhibitura sequentes

Mundo, aderit quin iam iamq; suprema dies?

O' qui prædixti nobis prius omnia, finem

His positura malis, maxime Christe ueni.

#### AD GEORGIVM FABRICIVM

Fabrici Aonidum decus, Camcenas

Qui tecum in patriam Italis ab oris

Infers, Pindaricos sonante plectro

Et cogis numeros referre Christum.

Cum, nugas aliquid me. is quod esse

Putas, tardipedi Deo sacrare

Non permittere mi uelis, facultas

Quas parui ingenij, molestiaq;

Graues non patiuntur expolire:  
 Te tuus ueniam hanc peto Siberus,  
 Ut si quidquam animo meo expetisti  
 Quod gratum faceres, manus libellis  
 Nostris admoueas, parum uenustos  
 Nec satis lepidos nec elegantes  
 Tollas uersiculos, placere possint  
 Quo plus, scrinia nostra cum relinquunt,  
 Non dico populo: nihil moramur  
 Istos in plateis inambulantes,  
 Ad se uulgi oculos trahunt & aures  
 Qui uultu tetricoq̄, uestiumq̄  
 Splendore, & digitis micante gemma:  
 Verum illis, liquidos bibere fontes  
 Qui Musarum hedera caput sacrata  
 Cincti, diligit ipsa quos Minerua,  
 Et quos Phœbus amat, neposq̄, Atlantis.  
 Quis si contigerit mihi probari,  
 Tum uerò unius æstimemus assis,  
 In me quod scioli measq̄, Musas  
 Iactabunt. Sciolis placere summum  
 Probrum, maxima displicere laus est.

IN TUMVLVM HELII EOBIANI  
 Hefsi. Hospes loquitur.

**C**uius, et unde uenit mihi uox tam dulcis ad aures,  
 An docta ad tumulum Calliopæa canit?  
 Helius hinc uates Eobanus conditur Hefsus,  
 Non minor ingenio Naso poëta tuo.  
 Delius hunc luxit, tristes luxere sorores,

Ardua

Ardua Pimplei quæ iuga montis amant.  
 Ipse Medusæi quem præpetis ungula rupit,  
 Destituit liquidas aridus annis aquas.  
 At tulit hinc illum Christus, cæloq; recepit,  
 Angelicos inter iussit & esse choros.  
 Sorte sua felix ubi, quem dum uita maneret,  
 Cantabat, fruitur nunc propiore Deo.  
 Sub pedibusq; suam cernit, sua carmina, famam,  
 Tempore non ullo deperitura, legi.  
 Nam uenit ingenio quæ laus, est sola perennis,  
 Carmine quæsitum stat sine morte decus.  
 Calliopæa refert hæc. ò clarissime salue,  
 Gemmatoq; uale digne cinis loculo.

AD VALENTINVM HERTELIVM,  
 De libris historiæ subterraneorum  
 Georgij Agricolæ.

Scribimus indocti passim doctiq; libellos,  
 Querendiq; omnes nominis ardor agit.  
 Explicat hic rerum causas: hic fonte petiti  
 Socratico, quo sit uita regenda, modum:  
 Ille Palæmonius leges: præcepta disertè  
 Zenonis pressa monstrat at ille manus:  
 Eloquij multos per campos ire patenteis,  
 Verbaq; non uno pingere flore iuuat:  
 Enarrant multi ueteres, nil lucis egentest  
 Historijs multi nomen habere uolunt:  
 Est qui se Thamyran superare, atq; Orpheæ cantu  
 Credit, & ex illo nobilis esse cupit:  
 Est alius numeros, alius qui sidera tractat,

Atq;

Atq; Syracusium se putat arte senem.

Deniq; non fungos tot, cum se uere tepenti  
Montibus & syluis terra remittit, habet;

Se profert isto scriptorum tempore quanta  
Copia, quo libris omnia plena nouis.

Qui tamen Herteli, qui sit, non omnibus æque  
Ut ueniat fama, quod petiere, decus?

Non raro partæ cernentes funera laudis,  
Et superet libris maxima turba suis?

An quod transcribunt tantum præclara reperta,  
Ingenio ueteres quæ peperere suo?

Nil ex se quidquam gignentes, nosse futura  
Secula quod curent, posteritasq; memor.

An' ne etiam, quod digna lini nec tollere, limæ  
Nec sub iudicium uerba uocare solent?

Ferre uetustatem quo possint, certius inde  
Nomen, & à summa maius habere manu.

Non satis Herteli, non est scripsisse libellos,  
Indicet ut titulum pagina prima tuum:

Gloria te leuet ut terra sublimis, & inter  
Non fastiditos ut numerere uiros:

Non careant genio: procul absit inertia scriptis  
Ipse potest autor quem dare quisq; suis:

Ad res præclaras, si cura & lucidus ordo,  
Accedant Latio uerbaq; digna sono.

Quæ neget Agricola monumentis si quis inesse,  
An' non iudicio iure carere putes?

Agricola, qui nunc præstans ne docta uetustas  
Laudibus ingenij secula nostra premat:

Ingressus terræ latebras, Plutonia regna,

Audax



Audax, naturæ perficit historiam.  
 Et Ciceroneo sermonis lumine, clara,  
 Occultata prius quæ latuere, facit.  
 Æternis manent cur uenis flumina, caussæ  
 Quæ sint feruentis, quæ uic tepentis aquæ.  
 Cur Stygis unda necet, sit regia lymphæ Choaspes,  
 Dulcis odore graucis fundat Anigrus aquas.  
 Causa sit Enceladus cur æstuet ignibus Ætna:  
 An quod subiectum flamma bitumen habet.  
 Perrhoebi quatiat quid celsa cacumina Pindi,  
 In caput, & rapidus de mare uertat aquas.  
 Quot sint terrarum species, quem præbeat usum  
 Quæq; suo insignis gleba reperta solo.  
 Quid sal, quid nitrum: quid & illud, Colchidos arsit  
 & sonida quondam quo noua nupta dolis.  
 Pinguibus erumpat num uenis succina tellus,  
 Illa fluant lacrumis an Phaëtusa tuis.  
 Quid ferri ac flammæ uictoræ adamanta, quid ipsum  
 Et Parium marmor, duræq; saxa creet.  
 Deniq; quorum homines scrutando uiscera terræ,  
 Venas abstrusas quærere cogit amor:  
 Semina gignendis quæ nam sint apta metallis,  
 Quæ res in fibris formet & illa suis.  
 Corpore misturas quot uis ludentis in uno  
 Naturæ iungat, quotq; quibusq; modis.  
 Quæ satis ingenijs non uestigata priorum,  
 Nota suere satis nec Theophraste tibi.  
 Ipsi etiam (liceat nobis manifesta fateri)  
 Nec Stagera tuo nota suere Sopho.  
 Nec nostro, quamuis totum complectitur orbem,

Autorum

Auctorum carpens Plinius omne genus.  
**E**t fore quis putet, ut tam pulchri fama laboris  
 Obscura ante suum sit peritura diem?  
 Non ita: sed donec fundet uaga flumina tellus,  
 Aer donec erit, donec & ignis erit:  
 Donec naturas quarum rimatur & ortus,  
 Quas gignit tellus effodientur opes:  
 Clarus erit, toto nomenq; legetur in orbe  
 Agricolaë, decoris Theutona terra tui.  
 Cum cura, studijs quicunq; quod utile, scribit,  
 Permanet: auctorum cætera turba perit.

## AD IOANNEM STURMIVM.

**D**isertissimus est Catulliano  
 Iure carmine Romuli nepotum  
 Dicitur Tullius, omnium fuerunt  
 Quot unquam, aut alys erunt in annis.  
 Nam currens uelut amnis Alpe, ripas  
 Quem notas super & niues soluti,  
 Atq; imbres aluere, grandinesq;  
 Immensus ruit, impetuq; uasto  
 Feruit, seu Catilina te furentem,  
 Antoni; scelus premit: diserta  
 Seu lingua trepidos reos tuetur:  
 Siue audax spolia Atticæ Mineruæ  
 Detrahit, Latium libellulisq;  
 Ornat Socraticis, parens senatus:  
**E**t pater patriæ, patronus idem  
 Caussarum, & sapientiæ magister:  
 Conati exprimere hunc loquendo multi,

Se dici uolueret Tullianos.  
 Nec spes destituit: potente lingua  
 Hinc Bembi, Sadoleti, & hinc Camilli,  
 Hoc doctum caput extulere seculo,  
 Et suae Ausoniae locutionis  
 Laudes adseruere purioris.  
 At nobis decus elegantiarum  
 Ant e haec tempora, Tulliana Pitho  
 Et negata fuit: sonasset omnis  
 Aeternumq; liber minus politus  
 Foedam barbariem: diserte Sturmii  
 Germanis nisi coelitum fuisset  
 Datus munere. Tu, Padus putetur,  
 Ne solus Tyberis'ue, Tulliana  
 Et uerba & numeros referre posse:  
 Rhenum cedere non finis Suadae  
 Arpinæ. cupidis quid o, quid autem  
 Dicam, quod rationem iterq; monstras  
 Candidus, Ciceroniani & illis  
 Qua roresq; fluant, fluant leporum  
 Fauis deliciae suauiores,  
 Hybleis simul, Atticoq; melle?  
 Quid dicam, pietatis ipse amator,  
 Quod Christum colis, & colis salutis  
 Doctrinam, studia eloquentiaq;  
 Et conferre alios iubes, & ipse  
 Ad uerbumq; Dei, Deiq; cultum  
 Ex magna celebranda parte confers?  
 Ergo quantum etiam elegantiorum,  
 Et quantum est hominum politiorum,

Iure nunc uenerantur atq; honorant,  
 Iure suspiciuntq; diliguntq;  
 Te Sturmī pietatis eloquentis,  
 Et piæ sapientiæ magistrum.  
 Nec uero tibi debitum negabit  
 Extincto decus eruditiorum  
 De te iudicium: sed (ipsa dicam  
 Hoc docta Italia audiente) maior  
 Quot sunt, quotq; fuere Tullianis:  
 Non minus celebraberis perenni  
 Laude posteritatis: ipse dictus  
 Ac qui carmine Romuli nepotum  
 Difertissimus est Catulliano.

IN TVMVLVM HENRICHI  
 Ducis Saxonix, Alb. F.

**H**æc Henriche tibi statuit monumenta sepulchri  
 Pro meritis populus, pro pietate tuus.  
 Adicit & fletus, nec non bona uerba, precesq;  
 Et quæcunq; tui munera poscit amor.  
 Te Misena quidem gauisa est principe paruo  
 Tempore, quod regni frater haberet opes.  
 Quo tamen usq; prius tota cum stirpe sepulio  
 Fratrem, tibi populo reddere iura datum:  
 Non sensit dominum, sensit tua turba parentem,  
 Vsa sui miti principis imperio.  
 Nam quamuis esses quod seruantissimus æqui,  
 Punires iusta facta proterua manu:  
 Non metui tamen ipse magis, quam semper amari,  
 Charus & optasti cuius esse tuis.

Quinetiam ueræ doctrinæ captus amore,  
 Qua res non ulla est principe digna magis:  
 Multorum contra fremitus, irasq̄, minasq̄,  
 Defendis uerbi dogmata pura Dei.  
 Posses & ut populus de religione doceri,  
 Acceptosq̄; Deo quæ facit esse, fides:  
 Ignauum è templis monachos pecus eijcis, omnes  
 Sacrificiùm incestæ nequitiaeq̄; dolos.  
 Cui factò certant fori non pectore, terris  
 Passa pericla tibi, passa pericla mari.  
 Gloria non belli: fueris nam quantus in armis,  
 Nec Phrysiæ, ut cupiant, arua negare queunt.  
 Nunc animas inter sanctas super æthera, curis  
 Exuto, felix est tibi parta quies.  
 Ipsa quies Christus: Christus quoq; uita, bonumq̄;  
 Parta quies Christus, uita bonumq̄; tibi.  
 Nec nostros fletus, nec curas munera, nec quas  
 Nunc tibi supremas soluimus exequias.  
 Chære parens igitur patriæ, inuidisse quietis  
 Nos tibi dicamur ne bono summa tuæ:  
 Iam lacrumæ sistant. tuq̄; ò decus addite cœlo,  
 Perpetuum salue, perpetuumq̄; uale.

## IN VULCANVM.

Q Viruis in famam Vulcanæ scelestæ bonorum,  
 Impia sacrilego bellaq; dente geris:  
 Nec tibi Calliope, tibi nec dictauit Apollo  
 Carmina, Castalij præses Apollo chori.  
 Non undam sacro Permessidos amne bibisti,  
 Quam pede Gorgoneus præpete fecit equus.

Ipsa

Ipsa tibi Stygijs Alecto infecta uenenis  
 Adfuit, & colubris cinctâ Megæra caput.  
 Proq; Medusæi potæ tibi flumine fontis  
 Tartarææ nigri sunt Phlegetontis aquæ.  
 Talia non etenim sacræ conuicia Musæ,  
 Nec rabiem tantam Castalis unda parit.  
 Si tamen est factis qui dans sua præmia iustis,  
 Et uidet & punit facta nefanda Deus:  
 Talibus haud longum scriptis letabere, pœnas  
 Tempore nam quo non lingua scelestâ luit?

IN TVMVLVM IOANNIS CELLARIJ Theologi.

**S**iste gradum, breuis est hospes mora, carmina do-  
 Hæc pauca in tumuli fronte notata legas. (nec  
 Frigida Ioannis Cellari membra sub isto  
 Marmore, Lethæo pressa sopore cubant.  
 Tempora qui rectis studijs cum multa dedisset,  
 Curreret & linguae copia larga uiro:  
 Non genus elegit uitæ, quod turpia tantum,  
 Dulcius hoc quo nil tempore, lucra daret:  
 Esse sed ex illis uoluit, qui dogmata Christi,  
 Qui uera populum de pietate docent.  
 Ergo etiam lingua, uerbisq; potentibus usus,  
 Quod nunc ad multos non leue crimen habet:  
 Sancta salutiferi defendit dogmata Christi,  
 Quæ fidei statuunt regna beata dari.  
 Nec meritis nostris deberi dona salutis,  
 Quæ solo à Christo, non aliunde uenit.  
 Et sic sacrilegi contra mendacia Papæ,

Ac monachum contra somnia uera docens  
 Lata per arua greges sparsos ad ouile reduxit,  
 Ne fierent auido præda uoranda lupo.  
 Quid mores referam sanctos, uitamq; peractam,  
 Quæ uerbo Christi consona tota fuit?  
 Non ignarus erat uero à pastore requiri,  
 Heu quorum paucos tempora nostra ferunt;  
 Et populum rectè de religione docere,  
 Exemplumq; boni moribus esse uiri.  
 At quamuis plures poterat superesse per annos,  
 Utiles & Christi longius esse gregi:  
 Nam uires nondum grauis interceperat illi  
 Ætas, cum Lachesis rupit auara colum.  
 Non ita Christe tibi uisum, tellure quiescunt  
 Ossa, animus cælo, quò libet, hospes abi.

**FATI NECESSITAS FLECTI.**  
 non potest.

Quid quæ fixa Dei iussu, & fundata tenentur,  
 Stulte suo tentas fata mouere loco?  
 An non præcipitem ferri te sentis, in ipsum  
 Et superum regem signa mouere uides?  
 In facies te uerte omneis, & contrabe quidquid  
 Ingenioq; uales, consilioq; uales:  
 Non immota minus superum decreta manebunt.  
 Calliditas fatum uincere nulla potest.

AD IOACHIMUM CAMBRARIUM

Quid si Cicero refert Latio, Demosthena Graio,  
 Sive hoc, sive illo te inuat ore loqui:

Ecquid

Ecquid ut ista legis Ioachime, Siberus Adamus  
 Mirare hoc paruum quis tibi mitat opus?  
 Non aliquo fateor, tibi qui sit iunctus ab usu,  
 Nec tamen ignotus qui fuit ante tibi.  
 Huius erit testis locuples Meurerus amico,  
 Meurerus Clary gloria rara chori.  
 Hic ad te quodam deducto tempore, fecit  
 Alloquy fieret copia grata tui.  
 Quam tunc non dubium promittere uisus amorem,  
 Cum mihi dicebas, Tu quoq; noster eris?  
 Quo motus uerbo, iam pridem carmine mentem  
 Debueram memorem significasse tibi:  
 At pudor officium tenuit, nostrasq; Camœnas  
 Ad te nequaquam passus adire fuit.  
 Quem tamen abiiciens, ut amoris fœdere certo  
 Nunc tibi coniungar, nostra Thaleia petit.  
 Nec me, ni fallit mens, aspernabere, eritq;  
 Ianua amicitia non mihi clausa tuae.  
 Hoc animi candor, cunctis & cognita uirtus,  
 Hoc spondent mores, ingeniumq; tuum.  
 Adde, quod ad Musas cum te tuus incitat ardor,  
 Proueniant nulli carmina culta magis:  
 Non me reycies communia sacra colentem,  
 Sacra Philetæis ingeniosa modis.  
 Sic rursus, tota Christum quod mente precaris,  
 Pax nostro optatas ducat in orbe moras,  
 Ut tua succrescat sequitur quæ signa iuuentus,  
 Se, studiumq; suum consecret omne Deo.

IN ATTALVM.



**G**rammaticus bonus es, bonus es Dialecticus: arma  
 Pro trepidis bonus es ciuica ferre reis:  
 Es bonus in numeris, nec non bonus arte canendi:  
 Astrologusq; bonus, Cosmographusq; bonus:  
 Es bonus ornatu Ciceronem effingere scriptis:  
 Es bonus in dulcibus cogere uerba modos:  
 Es bonus obscuras naturæ exquirere causas:  
 Historias ueterum commemorare bonus:  
 Multa loqui bonus es de religione, Deoq;  
 Ingenio bonus es, iudicioq; bonus:  
 Sis bonus in cunctis, bene nil tamen Attale nosti,  
 Scire cupis qui sis? magnus es ardelio.

IN TVMVLVM ANDREÆ FRAN  
 ci Camitiani Iuriconsulti.

**S**it mihi fas, umbram tumulo dum cõdimus, hospes,  
 Addere, quæ busti carmina fronte, legat.  
 Immiti Francus consumptus morte, sub ista  
 Andreas tegitur Camicianus humo.  
 Aonas in montes ductum florentibus annis  
 Ipsa suo fouit Calliopeia sinu.  
 Instruxit cithara, sacras & tradidit arteis,  
 Mente quibus feritas, asperitasq; fugit.  
 Inde acri studio sinuosa uolumina iuris,  
 Et didicit leges Martia Roma tuas.  
 E' quibus & decus, & præclarum nomen adeptus,  
 Non modò Lipsiaca magnus in urbe fuit:  
 Effet ut eximius præstanti laude senator,  
 Commoda creuerunt publica cuius ope:  
 Inter eos esset cuiquam nec honore secundus,  
 Reddere

Reddere qui rudibus iura petita solent:  
 Sed quoq; consilium dubijs in rebus ab illo  
 Saxonia petijt nobilis aula ducum.  
 Ossa iacent hic: cærulei templa aurea cæli  
 Mens colit, æternis perfruiturq; bonis.

IN ITINERA ITALICA GEOR-  
 gij Fabricij.

**A** Vsoniæ cultas quæ sunt uisenda per oras,  
 Oppida, rura, arces, flumina, stagna, lacus,  
 Mænia seu Pataui, Troiani Antenoris urbem,  
 Seu Romam, Roma Parthenopenq; petas:  
 Siue iter Hetruscum carpas, reptes uè per Alps,  
 Explicat hæc lector pagina docta tibi.  
 Pagina quæ certans Venusinis æmula chartis,  
 Cur longinqua docet sint aduunda loca.  
 Non cælum ut mutès, ceu grus, quæ Strymona pennis  
 Quod fuerat tranat, quod fueratq; redit:  
 Sed studia & mores hominum, Lærtè creati  
 Exemplo, uarijs per speculere locis.  
 Vnde usus rerum uenit, & prudentia maior,  
 Quis sine quid tandem uiuere laudis habet?  
 Hanc tibi Fabricius Latio dat ab orbe reuersus,  
 Fabricius patriæ gloria rara suæ.  
 Quàm si mente legis, qua scripsit & edidit ille,  
 Crede mihi, fructu non pereunte leges.

AD WOLFGANGVM MEVRERVM  
 Palæoreum medicum.

**P**alæoreum conueni meum Musa,  
 Qui fontis haud expalluit caballini

Haurire latices; Atticæ sales lingua,  
 Latios sales suadæ doctus Arpinæ.  
 At nunc Blister culta quæ fluit præter  
 Lycæa, Pæonias arteis docens, ipsam  
 Et corporum morbos pellens: habet nomen,  
 Inuidia cogitur quod ipsa mirari.  
 Hunc ergo conueni, & libellulos trade  
 Vacuo meos. quos fronte uideris læta  
 Vbi recipi, fauore scripta sustentet  
 Rogabis hæc ut qualia cunq; non illi  
 Venies molestus: nam Sileri amat nemo  
 Magis, facit 'ue nugis pluris, ut risus  
 Ronchosq; contra sis tutus malignorum:  
 Palæoreum conueni meum Musa.

## IN TVMVLVM MARTINI

Lutheri.

**N**ec nostri uidit similem cui temporis ætas,  
 Nec pietate parem secla futura ferent:  
 Martini placida, post fata, quiete Lutheri  
 Membra, sub hoc tumuli marmore tecta cubant.  
 Obruta pontificum quæ fraudibus ante latebant:  
 Eruit hic princeps dogmata uera Dei.  
 Ut sua saluifico constaret gloria Christo,  
 Tempore quæ longo penè sepulta fuit,  
 Fecisset quod opum non ulla potentia, castra  
 Nulla quod innumera Martia plena manus  
 Ipse Dei uerbo, Christo fidissime Paule  
 Doctrinæ fretus fulminibusq; tuæ:  
 Fregit opes Antichristi, fœdissimus ipsa,

Hen

Heu pudor, in sancta qui sedet æde Dei.

Thesbitæ turbans exemplo sacra Baalis,

Acceptos cultus restituitq; Deo.

Nil neq; te meretrix ueritus Babylonica, diro

Vertice tergeminum quæ diadema geris.

Nec satanam, Stygijs qui te produxit in antris,

Huic nec subiecti totius orbis opes.

Pro quibus in cælo uitæ felicis honore

Auctus, perpetuæ gaudia pacis habet.

Mox proceres inter sanctos, in nube corusca

Debita cum Christus præmia cuiq; dabit:

Voce sua Papam condemnaturus, & omnem

Quæ parteis Papæ turba secuta fuit.

Quod uelit esse breui, cura quicumq; salutis

Tangeris, ardenti uoce precare Deum.

DISTICHON CONTINENS AN-  
num obitus Lutheri.

Quæ genuit, rapuit te sancte Isleba Luthere,  
Cælo animus fruitur: Leucoris ossa tenet.

IN ANTICHRISTIANOS.

Quæ sint, quæ faciunt beatiorem  
Vitam, quæritis Antichristiani?  
Vnum agnoscere triplici colendum  
Deum numine, & agnitum timere,  
Amare, & uenerari, & inuocare.  
Patrem: qui regit & tuetur omnem,  
Quem uerbo è nihilo creauit, orbem,  
Filium: scelus ut piaret Adæ,

Bst qui factus homo, suaq; morte  
 Amissam reparauit & salutem,  
 Offensiq; patris represit iram.  
 Spiritum: docet, & fouet, gubernat  
 Qui nos, & iubet inuocare, & unum,  
 Quæ nos cunq; premat ruina, forti  
 Fide apprehendere: fiat ut Dei laus  
 Et sic cognitiorq;, clariorq;:  
 Moribusq; referre, sancta Christum  
 Vitæ totius, innocentiaq;.  
 Hæc uitam faciunt beatiorem,  
 Sed non creditis Antichristiani.

## IN OFFICIA CICERONIS.

Quæ sit honestatis ratio, morumq; bonorum,  
 Quo' nam sit uirtus uera paranda modo  
 Ut dum nil facias contra laudemq; decusq;,  
 Vita sit officijs irreprensus suis:  
 Hæc Tully tradunt diuina uolumina, linguæ  
 Quis nullum Latine sanctius extat opus.

IN TUMVLVM PAULI LIN-  
danæ Theologi.

Hoc Christo sacrum est: templū uenerare uiator,  
 Utq; sit huic cineri terra precare leuis.  
 Hoc igitur tumuli sub marmore Lindana Paulus,  
 Nomine qui quod erat, lingua animoq; fuit.  
 Spirabat totus Christum, Christumq; sonabat:  
 Eloquio Paulus, pectore Paulus erat.  
 Sectarum rabiem, Papæ furiasq; perosus,

Quosq;

Quosq; iuuat bello sollicitare Deum.

Extinctum luxit non ficto Misnia planctu,

Luxerunt mœsti Saxonieq; duces.

In spe sanctorum corpus tellure quiescit,

Gaudia mens cœli non peritura capit,

IN SVFFENV M.

Quid ô quid adeo credis plumbeos esse  
Suffene, quod tuum non est, tuum scriptum

Qui dicere, recitare pro tuoq; audes?

An nos putas Melanchthonis libros nunquam

Legisse, uidere nec tuum impudens furtum?

Isto modo esse tua omnium queunt scripta

Homeri, ipsius & Platonis, & magni

Demosthenis, quod illis constitit multo

Labore, negotio leui tuum, nullo

Faciesq; sudore; illorum auferens nomen,

Ponens tuum, poëta sis, & orator,

Et philosophus: cornicula ueluti quondam

Ornata non suis coloribus, pauo,

Et cygnus erat, & psittacus, auis & uellet

Quæcunq; fieri. iucum quin abis factum

Alys, quibus es ignotus: nec puta Cumas

Hic esse: asinus imponere non potest nobis.

IN TVMVLVM CATHARINÆ

Siberæ infantis.

Rigida lugubris genitor Catharina Siberus,

Condidit hoc tumulo corporis ossa tui:

Telluriq; dedit, quod erat tellure creatum,

Pulueris

Pulueris ut fias, puluere nata, cinis.  
 Mens Christi gremio felix cubat abdita, mulcet  
 Quæ Paradisiacæ aura beata rosas.  
 Expectatq; diem, socijs quo reddita membris,  
 In uero capiet gaudia plena Deo.  
 Quem nitido o utinam solis prænuncijs ore  
 Lucifer, admissio prouocet ortus equo.

SOLITUDO NVTRICVLA  
 curarum.

Congressus hominum mæstus, turbamq; sodalem  
 Cur fugis in cœtu latior esse potes.  
 Tristitiam loca sola augent, loca sola caueto,  
 Qui uacuum curis pectus habere cupis.

DE ATTALO.

Attalum neq; litteras, nec arteis  
 Qui nouit, mihi prædicas amice.  
 Cur uerò est homo non disertus, inquis,  
 Solum, sed facilis docere, sit uel  
 Ille alter tibi Sturmiusq;, & alter  
 Philippus: ualeat hic docendo, summus  
 Ille dicere: litteras, nec arteis  
 Cognouit tuus iste Sturmiusq;,  
 Philippusq;, bonum docere, promptum  
 Et fari obijce quæm lubet, tamen nec  
 Litteras tenet Attalus, nec arteis.

IN TVMVLVM STEPHANI ROTI  
 Zuccaensis.

Rote nec Aonidum decrant tibi dona, diserta  
 Nec decrat lingua gratia prompta tibi.

Ciuis eras patriæ studiosus, sensit alumnus  
 Te, tua quæ luget funera Zuicca, pium.  
 Summus amor ueræ tibi religionis, in hostes  
 Acce odium contra sed pietatis erat.  
 Et de plebe fores ueluti tamen occidis, eheu  
 Immundaq; iaces arida puluis humo.  
 Omnia mors uiolat, soluit fatum omnia; nostræ  
 Non tamen hoc rupit fœdus amicitie.

IN TVMVLVM VOLFGANGI  
 Heusneri Halensis.

QVam placidè Heusnerus Volsq; ægus pace quiesco,  
 Terraq; securo est quam super ossa leuis?  
 Hic ubi iuste tuis manibus componor Iona,  
 Qui mea clausisti lumina chare gener.  
 Mors est facta mihi somnus, non morte sub isto  
 Marmore, sed pressus membra sopore cubo.  
 Muneris est hoc Christe tui: de morte quietem  
 Omnibus ipse, colunt qui tua uerba, facis.  
 Defluet at simulac sopor hic, rursusq; reuiset  
 Membra animata suos, qui fuit ante, calor:  
 Additus æthereis sanctorum cœtibus, æuo  
 Felici, summa læticiaq; fruatur.  
 Inq; mea Christum, mea gaudia, carne uidebo,  
 Qui nobis factus gloria, uita, salus.

CORRUPTA PVERORVM ÆTAS.

QVæritis usq; adeo cur sit corrupta inuentus?  
 Fœda domi loquitur, fœda facitq; parens.  
 Aleo, periurus, mendax, uinosus, adulter,  
 Cumq; ipsa spernens religione Deum.

Et mi-



Et mirum est, si sit nebulo nebulone parente,  
Estq; mali corui pullus & ipse malus?

## IN IMPIVM LIBRVM.

**H**inc sancti pueri, sanctæ procul este puellæ,  
Lumina nec fædo conscelerate libro.  
Plura uenena suum nam rettulit impius autor  
In scriptum, celsis quàm gerit Oeta iugis.  
Quàm uel echidna uomit lethæa pasta cicuta,  
Vel canis infernas qui cubat ante fores.  
Quid prius inficiat quàm cælum, perdere cessas  
Cum libro authorem Iuppiter igne tuo?

IN TVMVLVM VALENTINI  
Hertelij. Viator & Charis.

- VI.** **I**n tumuli quæ fronte sedes, quod mœsta puella  
Nomē habes? **CH.** Dicor blāda et amica Charis.  
**VI.** Quæ lateri iuncta? **CH.** Clio, Cliūsq; sorores.  
**VI.** Et docti situs est hīc cinis ergo uiri?  
**CH.** Est uerò Hertelij. **VI.** Cur seruas ipsa sepulchrum?  
**CH.** Quodq; puer coluit me, coluitq; senex.  
**VI.** Musarum dignus lacrymis: sed busta frequentant  
Cur pueri? **CH.** Doctor quòd puerum ille fuit.  
Et teneram erudit magna cum laude iuuentam,  
Hīc ubi Chemnicij mœnia clara uides.  
**VI.** Nunc nimium rari doctiq; boniq; magistri.  
At tumulo illius quis dedit hos titulos?  
**CH.** Exincti luxit qui fata, Siberus Adamus,  
Inferias socero persoluitq; gener.  
**VI.** Discedo: sit pax umbræ, tumuloq; sub ipso

Et nardum cineri spiret, & urna crocum.

DE PHILOSOPHIS, ORATORIBUS, & POËTIS NOSTRI TEMPORIS.

**G**randiloqui scriptis mentem emendare Platonis  
 Quid iuuat, ut docti nomina clara feras?  
 Quid studium linguæ sequeris, Ciceronis & arma,  
 Mæonidæ numeros, Virgilijq; sonos?  
 Barba sophos, uates gemmæ, uestesq; disertos,  
 Serica acupictus pulcolusq; facit.  
 His uerba & mores addas, gressumq; superbum:  
 Hoc Thraso ni fueris tempore, nullus eris.

DE VALERIO CORDO:

**C**ordus delicia tuæ Minerua,  
 Artæ cui medicas Apollo, Maiæ  
 Cui natus dederat chelyn, lepores  
 Charis, carmina blandiora Musæ:  
 Cordus mortuus est tuus Minerua.  
 Cordus ille Valerius, Galenò  
 Qui non inferior fuisset, cheu  
 Ni scæuæ iuuenem inuidæq; Parcæ  
 Rumpentes properata fila, in ipso  
 Vitæ limine dulcioris, ire  
 Iussissent per iter tenebricosum.

Vt, flos qui Zephyro tepente crescens,  
 Et iam puniceas comas recludens,  
 Recludens tenerum decus refulget,  
 Succisus moritur: miselle Corde,  
 Sic heu sic subitò cadis, nec ipse

Te Phœbus tuus, & nepos Atlantis,  
 Charis, Pierides, & ipsa Pallas  
 Fatis eripuerunt. Quin ab oris  
 Germanis procul (ab dolor) tuorum  
 Amplexuq; procul peris: nec ægra  
 Nato efflanti animam parens ocellos  
 Compresit digitis: soror suprema  
 Nec comas laniata, pectus, ora,  
 Carpsit oscula: turba nec sodalis  
 Flens, cum fratribus est sequuta funus.

Tyberi, flumine qui lauis Quirini  
 Flauo mœnia, te putem 'ne Rheni  
 Non uicem doluisse, cum recente  
 Valeri laberere præter ossa  
 Busto condita? barbarus nec ipse  
 Quæ sicco Tanais uidere uultu,  
 Nec Phasis potuisset. At iuuenta  
 Quamuis, Theutonidum dolente terra,  
 Prima flebilis occidit: sepulchro  
 Non Cordi tamen ossa quo quiescunt,  
 Et laus obruta delitescit: illum  
 Sed fama merita reponet omnis  
 Ætas, inter eos, sibi pararunt  
 Qui decus studijs perenne. Nomen  
 Quæsitum ingenio nequit perire.

## IN TVMVLVM CASPARI

Borneri.

**G**Asparis hic sita sunt Borneri membra, Camœnæ  
 Quem mœstæ extinctū turba nouena gemūt.  
 Nossæ

Nōsse cupis causſam? non has studiosius alter  
 Ad uitæ coluit tempora ſumma ſuæ.  
 Teſtantur monumenta ſcholæ, Philyræus Bliſter  
 Quæ curſus placido flumine præter agit.  
 Hoc duce barbarie pulſa, quis neſcit honeſtis  
 Adſertum ſtudyſ, quod decet eſſe, decus?  
 Dum præſtante uiros doctrina adducit, & ipſum  
 In primis iuuenem clara Moſella tuum.  
 Quis neſcit, monachi uentres quæ celſa tenebant,  
 Et Veneri & Bromio templa ſacrata patris  
 Artibus eſſe bonis authore hoc reddita, naſtas  
 Atria ſe dignæ Theſpiadesq̃; domus?  
 Inter ubi primos nullos fugiendo labores,  
 Qua docuit cura, ſedulitate, fide?  
 Noſte dieq̃; ſuo uerſans cūm pectore, poſſet  
 Doctrina augeri quæ ſtudioſa cohors.  
 Quod tulit, atq̃; illi laudem feret omnibus annis,  
 Donec erunt artes, carmina donec erunt.  
 Tu quiſquis tranſis, olim ſic ſpiret in urna  
 Ver tibi, ſic tellus ſit ſuper oſſa leuis:  
 Sparge roſas, & cum nardo da thuris honores,  
 Quid, cineri eſſe ſat huic dicere credis Aue?

VENERIS ET CVPIDINIS  
 Dialogus.

**T**Elæ, facesq̃; tuas, mea nate potentia, magni  
 Numina iam ſenſere poli, ſenſere profundi.  
 Ipſe Deūm rector, mundi qui concutit orbes  
 Iup piter, & ualida iaculatur ſulmina dextra:  
 Quid non cogis Amor? regni grauitate relicta,

In quasuis promptus sese mutare figuras,  
 Nunc aurum simulat, tauri nunc cornua sumit:  
 Ludit olor Ledam, ludit Deoïda serpens:  
 Asterien aquila, Satyro Nyctēida fallit.  
 Nam quid ego Neptune tuas, quid Delphice dicam,  
 Quid ue tuas dicam luno Saturnia curas?  
 Cum rapiant ipsi teneræ mihi sæpe medullæ  
 Flammam, sollicitos quæ uersat in ossibus ignes.  
 At cur abscedens nobis Tritonia uirgo  
 Nec curat thalamos, Veneris nec gaudia nosse?  
 An tua fax ignes, ipsam quæis Pallada flammæs,  
 Non habet, & mollis uires nunc perdidit arcus?  
 Quin potius, si qua est socij tibi gratia regni,  
 Imperium profer nostrum: cape tela, de amq;  
 Occulta tandem nec opinam inuade sagitta.

CVP. Ne uerò, ne me iubeas inferre Mineruæ  
 Bella parës; nec enim, quibus omnia uincimus armis,  
 (Tam gerit haud ullo pectus uiolabile telo)  
 Hanc superem: tentata mihi iam cuncta; sed illi  
 Quando ego cunq; dolum, celato callidus arcu  
 Accedens meditor, galeam cristasq; comanteis,  
 Dum quatit, usq; adeo pauidum me terret: ut omne  
 Inuadat corpus frigus, manibusq; remissis  
 Tela fluant. VEN. Omnis sic ergo audacia fugit?  
 Qui non horrebas, memini, puer improbe quondam  
 Insano nostri turbato pectus amore,  
 Ledere Gradiuo transfixa per ossa medullas:  
 Pallada nunc metuas. & quid truculentius illo?

CVP. At me Gradiuus facilisq; uolensq; uocatum  
 Ad sese, uerbis blandè inuitabat amicis.

Non

Non uelut ista, tonans (horrendum) irasq; minasq;  
 Nuper enim (meminisse timor) pernicibus alis  
 Ignaram aduolitans fallente ferire sagitta  
 Cum cuperem, oculis facibusq; afflare medullas:  
 Acta furore graui, quas non exarsit in iras?  
 Ipsum iuro tibi patrem, sum uertice cuius  
 Nata, Iouem, fœdos remoues nisi protinus ignes:  
 Aut quod dextra quatit, rumpam tibi pectora ferro:  
 Aut pede correptum tenebrosa in tartara mittam  
 Præcipitem, ne quem posthac tua tela laceffant.  
 Sic ait: at trepida gelidus formidine sanguis  
 Dirigit: cecidere arcus, extincta reliquit  
 Flamma facem, liquidas foret ac si mersa sub undas.  
 Sed quoq; nescio quos aduerso pectore monstri  
 Horrifici uultus, squalentiaq; ora ueneno  
 Sustinet: hæc quoties irata obuertit, ab illa  
 Quin fugiam, non me potis est uis ulla morari.

Et te terruerunt quem tela Typhoëa nunquam, VEN.

Non metuisse pudet Phorcynidos ora Medusæ?  
 At quare nondum tua sunt Heliconia tempe?  
 Scilicet Aonidum pauido quoq; turba minantur,  
 Anguiferosq; gerunt inimico pectore uultus?

Imò ego Corycidas nymphas uenerorq; coloq;, CVP.

Nec flammis ausim nostris inuadere, quando  
 Iura uerecundi metuunt uiolare pudoris.  
 Intenta sanctis & dum sunt artibus, & dum  
 Aut lætæ indulgent choreis, aut carmina dicunt:  
 Ocia lasciui fugiunt alimenta furoris.  
 Quid loquar ipsum etiam quòd me fecere potant,  
 O' genitrix, operum quoties dulcedine captus

Assistoq; illis, nec me citharasq; tenere  
Dedecuisse puto, dulces nec dicere uersus.

VEN. Intenta sanctis esto sint artibus: esto  
Aonides leges metuant uiolare pudoris:  
At certe nemorum custos Latonia, uirgo  
Non erat, imperij nostri tibi cura Cupido  
Si foret. CVP. Hæc uerò solis in montibus errans,  
Et per inaccessible rupes, atq; inuia saxa,  
Nunc hac, nunc illac fugit indeprenta: me usq;  
Et facibusq; alijs, alioq; cupidine capta,  
Virgineo excussis contemnit pectore flammæ.

VEN. Ergo capta aliquo tamen illa Cupidine flagrat?

CVP. Capta quidem flagrat, casto sed prorsus amore.  
Quo sectatur apros, ceruos, fuluosq; leones  
Excitos latebris uenatrix. Segnia quare  
Ocia cum uitans, placitum irrequieta laborem  
Urgeat: haud feriam porro ne quære doceri  
Cur ego Dictynnam. Nam qui fugit ocia, honesta  
In studia incumbens, facile contemnet amorem,  
Liber Acidalia, seuoq; Cupidinis æstu.

IN TVMVLVM MARGARITÆ  
Fabriciæ, Pisonis F. Hospes &  
Polyhymnia.

H. **H**ic tumulto deus ecquis adest? P. Polyhymnia. H.  
An' ne hic? P. nõ; mater uatis humata iacet. Quates

H. Dic uerò cuius? P. Dyrcaïs, carmina rebus  
De sacris, pangit qui Venusina modis.

H. Fabricium dicis? quis moribus illa? P. Pudicis.

H. Vita? P. Quæ pauper, sed sine labe fuit.

- H. *Qua pietate uirum coluit? P. post fata maneret  
Illius, ut uiduo per tria lustra thoro.*
- H. *At non eduxit sobolem bene. P. cur iuuat ergo  
Fabricios probitas, officijq; decus?*
- H. *Quam placide uitã mutauit morte? P. Redẽptos  
Quam qui se credunt sanguine Christe tuo.*
- H. *Sunt satis hæc: cineri sit pax, requiesq; sub urna,  
Ambrosio æternũ busta liquore fluant.*

AD HIERONYMVM VVELLEa-  
rum Theologum.

**Q**uod bene uis studijs, in qua traduntur & artes,  
Non clausa est curis area docta tuis;  
Rem facis, haud spernens Vellere Hieronyme Musas,  
Qua non est nostro tempore rara magis.  
Turpe quidem dictu, sed cur manifesta negemus?  
Non modò iudicij nil rude uulgus habens:  
Sed quoq; sacratas leges, & iura tueri  
Publica, quorum humeris non leue fertur onus;  
Sed quoq; doctrinæ titulis quæ turba superba  
Artibus à rectis nomen adepta tenet:  
Vpilitate probat Musas, per seq; petendum  
Quod uenit ingenio non putat esse decus.  
Cura uoluptatum prior est, quàm cura scholarum,  
Et plus doctrina fidua moneta placet.  
Scire decus nullum, nummus iuuat: arca referta  
Quo dum sit, quæso bardus inersq; uocer.  
Quod facit ad reditus, charum est: uenerabile nomen  
Musarum spretum, pro nihiloq; iacet.  
Quo magis admiranda tua est constantia, qui non



Torrentis ueluti uortice raptus aquæ:  
 Ipse etiam uitij communis labe trabaris,  
 Sint studia & curis inferiora tuis.  
 Scilicet indignum credis sapiente bonoq̄,  
 Iudicium uulgi, stulticiamq̄; sequi,  
 Et uelut ex alto Musas contemnere, quarum  
 Hoc quod habes clarum munere nomen habes.  
 Turpe putas artes cœlestia spernere dona,  
 Pars quibus hæc uitæ nulla carere potest.  
 Artes sancta Dei conseruant dogmata, sitq̄;  
 In precio pietas, religioq̄; suo.  
 Artes & populos & maxima regna tuentur,  
 Constituunt leges, iusticiamq̄; docent.  
 Artes si non sunt, feritas tenet omnia, uita  
 Inculta hæc prorsus mortis & instar habet.  
 Macste animi egregij in Musas, quæ præmia propter  
 Larga tibi multa est dextra datura Dei.  
 Quem tribuet propter clarum tibi gloria nomen,  
 Quod nunquam tempus tollere possit edax.  
 Cætera labuntur tacite fugientia: Musæ  
 Quam dant defensæ, gloria morte caret.

## IN NVPTIAS BLASII FABRICIL

Cvlto moribus, eruditione,  
 Datur Fabricio uenusta, honesta,  
 Cratonis Mylij relicta coniunx.  
 Fausto fidere ducat hic maritam,  
 Fausto fidere nubat hæc marito.  
 Author coniugij Deus, pudici  
 Thori coniugibus pijs ministret

Fructum, qui referat puer parentem:

Fructum, quæ referat puella matrem.

Idem commoda largiore dextra  
Vitæ cuncta det, usq; & usq; lecto

Sint iunctis socio bene ac beatè,

Exclusis procul omnibus molestis,

Quæ mentes faciant dolere curis.

Sit natis bene, sit nepotibusq;

Quos aui Pyliæ pares senectæ

Florenteis uideant, superstitesq;

Linguant, serior & beata uitam

Ipsos ultima cum dies reposect.

IN TVMV LVM GASPARIS CRV-  
cigeri Theologi.

Am curis hominum exutus requiescis in urna,

Iam uitæ Cruciger te mala nulla premunt.

Felix, ô nimium felix, erepte periclis,

Plurima quorum atas temporis huius habet.

Felix, cui mortis uictorem in morte tueri,

Saluantisq; frui contigit ore Dei.

Dum uixti, Christum lingua es calamoq; professus,

In Christum cecidit nec tua morte fides.

Ergo etiam Stygiis illo ducente per umbras,

Intrauit tua mens lucida tecta poli:

Quæ Paradisiacas uelamina candida uestes,

Atq; auro sancti tempora cincta gerunt:

In folio carmen maiestatisq; sedenti,

Et laudes Agno perpete uoce canunt.

Corporis ossa quidem tumuli cinesacta sub isto

Marmore, nunc fœdis uermibus esca iacenti  
 At breue tempus erit, sonitu præeunte tubarum,  
 Quando hominis ueniet filius arce Patris.  
 Tunc subito quicumq; cubant in puluere surgent,  
 Pristinus & membris restituetur honos.  
 Inter & ipse pios, qui quâ docuere salutis  
 Sit uia, perpetua gaudia pace feres,  
 Ante Deum fulgens, cælo ccu lucifer alto:  
 Tanta manet doctos gloria, tantus honos.

## AD IOACHIMVM ET PHILIPPVM,

Ionas, I. Ionæ FF.

Quid nam tu Ioachime, tu Philippe,  
 Matris delicia, patris uoluptas,  
 Quid chartæ pueri sinu tenetis?  
 An ne doctiloqui librum Lutheri,  
 Et gemmis preciosiorem & auro,  
 Quo mentis pueram instruit tenellas  
 In fide, ac pietate Christiana?  
 Quod uobis pater explicat, sorores  
 Vobiscum Catharina, Elisa, maior  
 Ambabus Sophia excipit, reponunt  
 Feliciq; penu indolis pudicæ:  
 Euge o progenies parente dignis  
 Vir quo uix meliorq; doctiorq;  
 Quot sunt, quotq; fuere, quot sequentis  
 Qui post alys erunt in annis.  
 Digni Ionule uterq; fratre Iusto,  
 Iusto dignus & ipse qui parente est.  
 Tam uos auspicio bono profectos,

Quos olim uideo uiros futuros?  
 Vos Christus soboles Dei perennis,  
 Vos omnis sapientiæ magister  
 Spiritus, tucatur & gubernet,  
 Laudem dirigat ad Dei, salutem  
 Et uestram studia ista, proximiq̃.

IN TVMVLVM VITI THEODORI  
 Norimbergensis Theologi.

**H**ic quoq; Christe tuum nomē, uerbumq̃; professus  
 Syncera fidei simplicitate fuit.  
 Doctrinam didicit quam præceptore Luthero,  
 Noluist ignotam ciuibus esse suis.  
 Audijt ergo illum Pegnesidos accola ripæ,  
 Tradentem uerbi dogmata pura Dei.  
 Audijt, & talisese doctore beatam  
 Dixit arenoso Noricaberga solo.  
 Quid memorem, scripsit quos de pietate libellos,  
 Regnum oppugnantes impie Papa tuum?  
 Nunc in sanctorum cœtu uatumq̃; patrumq̃;  
 Perpetuæ felix tempora pacis agit.  
 Et, uel inauratam citharam dum tractat, acerram  
 Ante Deum uel quæ thure referta tenet;  
 Extincto pro se Christo debere salutem,  
 Illius adfertum seq̃; cryore canit.  
 Membra domum mentis lucis reditura sub auras,  
 Norica terra tulit, Norica terra tenet.

AD VALENTINVM GRAVIVM  
 Helena uxor loquitur.

Define

**D**esine busta Graui lachrymis urgere marita,  
 Non domus ad querulas panditur atra preces,  
 Cum semel intrauit nebulosum finus Auernum,  
 Non exorata stat uia clausa sera,  
 Ergo licet mæsto iuuet indulgere dolori,  
 Nempe tuos questus uentus & unda ferent.  
 Pro uiuis pia uota ualent, ubi nauta recepit  
 Æra Charon, Stygias obserat herba fores.  
 Sic flentem turba est flens consolata sodalis,  
 Cum congesta meum texit arena caput.  
 Quid tamen ista iuuant, ideo minus ægra recusat,  
 Actum nobiscum quæ male cura putat?  
 Longè alias igitur nunc coniugis accipe uoces,  
 Quæ minus ut sanent, pectora mæsta leuent.  
 Immatura quidem quæ nos diuulsit amantes,  
 Nec tamen ante suum mors properata diem est.  
 Cuiq; Deus uitæ quem pegit terminus hæret,  
 Non fas hunc Helenæ transilisse fuit.  
 Et quæ casta fuit, satis est uixisse putanda  
 Illa diu, licet haud uixerit illa diu.  
 At centum totos quamuis impleuerit annos,  
 Quid, non ne est uiuens mortua turpis anus?  
 Digna parente sui Vuellero, digna marito,  
 Pignora cui Christo bina fauente dedi.  
 Ipsa mares uellem tibi, non peperisse puellas  
 Tantum, quid uelle est sed prohibente Deo?  
 Quæ placuere, iubet; quæ non, uetat: inq; potente  
 Illius est soboles, uitaq; morsq; manu.  
 Iam uero qui nam potuit tua tempore coniunx  
 Bripi ab humanis commodiore malis?

In bellis an me potius, quàm summa ferentem  
 Gaudia, perpetua uiuere pace cupis?  
 Non scelerata tenent nam me loca nocte profunda,  
 Sulphureo flammæ quæ Phlegethonte sonant.  
 Quæ fera serpentum redimitus colla cæterua,  
 Tergemino manes territat ore canis.  
 Et genus infidum nuptarum pœna coërcet,  
 Quæcumq; æternum nec timuere Deum.  
 Iosepho, mæcha est illic, quæ passa repulsam  
 Vincloꝝum falso crimine caussa fuit.  
 Amridæq; Dei uatum, Sidonia coniunx  
 Mactatrix, morsu dilacerata canum.  
 Athalia est illic, nati quæ stirpe perempta,  
 Sacrilega inuasit regia sceptrum manu.  
 Et quæ Baptistæ saltantem à patre puellam  
 In disco iussit poscere dona, caput.  
 Me Paradisiacos Christus deduxit in hortos,  
 Elysium felix quæ fouet aura nemus.  
 Hic choreas agitant exuta corpore mentes,  
 Atq; Deo grata carmina uoce canunt.  
 Hic matronarum sanctum decus Heroinæ,  
 Historiæ narrant qualibet acta suæ.  
 Serpentis uetita quòd carpserit arbore pomum  
 Eua dolo, æternam commeruisse necem.  
 Nec nocuisse sibi tantùm, charoq; marito,  
 Verùm hominum totum facta luisse genus.  
 In placida sed quod requie, nunc pace fruatur:  
 Hoc tibi, ait, soli debeo nate Dei.  
 Tu caput anguinum calcasti, fracta q; colla,  
 Et uicta absorpta est mors mea morte tua.

Sara Dei iussu patrios cum coniuge muros,  
 Aruaq; Chaldaei deseruisse soli.  
 Inde Palaestinas, Phariasq; errasse per oras,  
 Bis raptam thalamo Thariadaeq; sui.  
 Nec tamen excepta quidquam formidine passam,  
 Quod fuerit semper undice tuta Deo.  
 Et prima quamuis foret infœcunda iuuentas  
 Auctam iucunda postmodo prole senem,  
 Prole, cui series promissa immensa nepotum,  
 Serpentis uictor, natus & ipse Dei.  
 Hanc circum Naboris, stant & Labanides, omnes  
 Matresq; Isacides, Isacidesq; nurus.  
 Muta nec ulla filet, sed postquam desijt illa,  
 Incipit hæc, laudes concelebratq; Dei.  
 Quis inter cum sim, cœtus pars facta beati,  
 Et uerò laudem non minus ipsa Deum:  
 An mihi maluerim longissima tempora uitæ,  
 Quàm mens egisset corpore clausa suo?  
 At iam forma abiit, nostroq; cadauere uermes  
 Pascuntur, serpens & super ossa cubat.  
 Terra sumus, terræ debentur corpora: cum sint  
 Nostra cinis, fiant quid nisi membra cinis?  
 Scilicet has meruit primorum culpa parentum,  
 Sustineat pœnas ut uitiosa caro.  
 Et tamen iste cinis, putridiq; cadaueris ossa,  
 Paulo animæ post sunt restituenda suæ.  
 Ipse Dei natus rediuiuo corpore, regni  
 Cœlestis dextra sceptrâ potente tenet.  
 Hunc sua membra putas passurum in morte relinqui,  
 Pro quibus est patri uictima factus homo?

Semina profciffos si non spargantur in agros,  
 Non ullas segetes annua terra feret:  
 Sic condantur humo nisi funera mœsta, futura  
 Quæ tandem nobis gloria lucis erit?  
 Buccina de cælo quin iam caua iamq̃, sonabit,  
 Et surgent tumulis corpora quæq; suis.  
 Tum quales artus, quàm membra decora iuuentæ  
 Sortiar, ærumnis libera, morte, metu?  
 Ipse Graui mecum, tecumq̃, ego quando feremus  
 Angelicos inter gaudia summa choros.  
 Gaudia, quæ nemo audiuit, quæ lumine nemo  
 Vidit, quæ nemo fingere mente potest:  
 Nunc quarum non me post funera cura relinquit,  
 Commendo natas, pignora nostra, tibi.  
 Adfectum matris patrio coniunge, ferenda  
 Nunc tota est collo paruula turba tuo.  
 Oscula cum figes plorantibus, altera matris,  
 Mortua sic illis non ero, iunge pater.  
 Quo sine nulla salus, primis uenerentur ab annis  
 Ut Christum pura simplicitate, uide.  
 Quisquis habet Christum, tenet omnia: nil sine Christo  
 Profunt, quas totus possidet orbis opes.  
 Tum matris discant artes, sint pensa, colosq̃  
 Illarum plenos exoneraffe labor.  
 Cætera quid referam, multo sapientius ipse  
 Omnia quæ per te chare marite uides?  
 Nec uos non patri natæ parete uolentes:  
 Hoc lex, hoc pietas, hoc Deus ipse iubet,  
 Cura uerecundi sit uobis summa pudoris:  
 Vita scelus tota est, quando pudore uacat.



At simulac facibus cedit prætexta maritis,  
Matrem imitate, unum quæq; tenete uirum.  
Turpe nimis mulier socialia fœdera rumpens,  
Seruare, est uirtus maxima, iura thori.  
Fœcundæ generis seriem fulcite, nepotum  
Ludat ut ante Graui plurima turba pedes.  
Accedat, nostris quod mors detraxit ab annis,  
Ad uitæ sobolis tempora longa meæ.  
Quæ uobis opto studijs ut agantur in illis,  
In Christum per quæ uera probanda fides.  
Præmensæ tandem defunctus tempora lucis,  
Christus ut ætherca uos quoq; sede locet.

FINIS.

L I B R A R I V S  
Lectori S.

*Insunt in his Poematibus non pauca patro-  
nymica, usitata auctoribus ratione de Hebraicis  
nominibus formata: quæ quòd in aliorum scri-  
ptis obuia non sunt, ne minus exercitatos in le-  
gendo retardare possint, breuem eorum expli-  
cationem hoc loco adiungere uisum est. Tu quis-  
quis es, operam nostram boni con-  
sule, & Vale.*

Abinoades. Pag. 73. uers. 23. Baracus, filius  
Abinoæ, Iudicum 4.

Adamis. 102. 9. Eua, Adami uxor. Gen. 3.

Amramides 6. 19. & 65. 12. & 68. 22. & 71. 15. &  
95. 28. & 100. 10. Amrami filius Moses.  
Exodi 6.

Amrides. 159. 11. Achabus Amrei filius, rex Sa-  
maria. 3. Regum historiae 16.

Amridæ Sidonia cõiunx. 157. 11. Iesabel, Etha-  
baalis regis Sidoniorum filia, & Achabi  
coniunx. 3. Regum 16. & 4. Regum 9.

Anathides. 72. 5. Samgar, filius Anathi. Iud. 3.

Aferidæ. 74. 18. posterii Aferi, qui octauus  
fuit Iacobi filius, susceptus ex Silpha.  
Gen. 30.

Bafanis. 12. 26. & 74. 10. regnum Oggi, regis  
Bafan. Num. 21. Deut. 3.

Beniamidæ. 74. 1. oriundi à Beniamio Iaco-

L      bi fia

- bi filio, duodecimo ex Racchele, Gen. 35.  
 Bochrides. 82. 12. Seba, filius Bochri. 2. Re-  
 gum 20  
 Cilsides. 86. 13. & 78. 19. Saulus, primus He-  
 bræorum rex, filius Cissei. 1. Regum 9.  
 Ephramidæ. 15. 1. & 73. 30. progenies Ephra-  
 mi, Iosephi filij.  
 Heberis. 35. 28. & 75. 14. Iael, Heberi coniunx.  
 Iud. 4.  
 Helcana cretus. 36. 5. Samuel. 1. Regum 7.  
 Iaredo satus. 102. 5. Henoch, filius Iaredi. Ge-  
 nes. 5. Iaredus quadrifyllabū, ut Iapetus.  
 Ioa satus. 14. 30. Gedeon. Iudicum 8.  
 Ifacides. 60. 9. & 97. 18. Iacobus, filius Ifaci.  
 Ifacidæ. 9. 4. & 11. 6. & 13. 1. & 14. 18. & 17. 14. &  
 18. 7. & 30. 21. et 32. 17. et 35. 7. et 39. 11. et 43. 14.  
 25. & 47. 18. & 65. 13. & 68. 19. & 71. 3. & 72. 17.  
 & 77. 22. & 78. 13. & 100. 11. & 101. 15. & 107. 4.  
 & 108. 14. & 119. 12. qui ab Ifaco ortū habēt.  
 Ifaides. 16. 28. & 36. 11. Dauides, secundus rex  
 Hebræorum, filius Ifai, qui & Iesse. Inde  
 Iessæus puer 6. 21. Iessæa lyra 7. 22 & 91. 12.  
 Iessæus senex. 53. 26. Iessæum nemus. 66. 2.  
 Iessæus rex. 82. 28. Iessæus sanguis. 119. 11.  
 Labanides. 158. 11. Labani filia, Læa & Ra-  
 chel. Gen. 29.  
 Lamechides. 6. 15 & 104. 2. Noa, filius Lame-  
 chi Gen. 6.  
 Lapidotheris. 14. 15 & 65. 14 & 72. 21. Debora, La-  
 pidotheri coniunx, Iudicum 4.  
 Lothi

- Lothidæ. 14. 7. Ammonitæ & Moabitæ. Genes. 19.  
 Meraris. 65. 18. & 83. 29. Judith, filia Merari. Iudith 8.  
 Nahoris. 96. 4. & 158. 11. Nahori neptis Rebecca. Genes. 22.  
 Naphthalidæ. 74. 7. qui genus ducit à Naphthali, sexto Iacobi filio, ex Bala. Gen. 30.  
 Nunides. 72. 2. Iosue, filius Nuni, Iosue 1.  
 Rachelidæ. 43. 29. Ephramus & Manasses, Rachelis nepotes. Gen. 41.  
 Thariades. 11. 13. & 16. 25. & 38. 6. & 70. 25. & 96. 11. & 104. 3. & 158. 4. Tharæ filius, Abrahamus. Gen. 9.  
 Thariadæ natus. 12. 1. Isaacus;  
 Thariadæ nepos. ibid. Iacobus.  
 Thariadæ. 33. 10. & 65. 13. & 67. 11. & 70. 25. & 71. 26. Abrahamo prognati.  
 Thebites. 139. 2. Elias. 3. Regum 17. 18.

L 2 ER-

F I N I S.

E R R A T A.

Pag. 3. uers. 21. necat & 22. capta, 9. 15. dele, post olim 15. 1. Ephramidum 16. 3. dona & 16. 11. Paralip. XX. 22. 1. quò 26. 23. piè 49. 29. perpetuo 56. 3. dele, post acta 70. 9. ponere 71. 21. posses 76. 11. præcipuè 79. 20. iustitiamq; 83. 22. manus. 94. 27. lucidus 127. 22. inertia: 132. 20. bona 140. 1. Est & 15. modo, 158. 18.

Quam

I N-

# INDEX.

A	in Antichristianes.
Abacuci prophetæ,	139
pro communi ma	Antichristus 138.139
gis pœna omniũ,	Antiochi interitus. 6
quàm sua culpa in	Anubis 68
exilio Babyloni-	Apostolorũ pro de-
co calamitosis o-	fensione euange-
ratio 32	lij cõtra tyrannos
Abrahamus, Tharia	oratio 53
des 11.16. uide Tha	Artij interitus 6
riades	artiũ contemptus 152
Abrahami serui ora-	Asæ regis contra Za-
tio 95.96	ram oratio 15.16
Absolonis in patrem	Asaphi psaltæ, contra
Dauidem iniuria	diuersos hostes po-
st. interitus 66	puli Israelitici, ora-
Achabus Amrides 157	tio. 13. contra Assy-
Adaferus 80	rios. 19. contra An-
Adula 78	tiochum 40.41
adulterarũ locus a	Athalia 157
pud inferos 157	in Attalum. 135. 136. 142
Aegyptiacæ plagæ	B
per Mosen Dei	Bagoë 84.
mandato inflictæ	Barachi, deuiscto Ia-
67	bino, epinicion 70
amicitiæ paria 87	Baracus Abinoades
Andræ Fræci Cami-	73. eius laus. eod.
tiani tumulus 136	beatitudinis uerę de-
	L 3      scriptio.

I N D E X.

scriptio	92	Christi de futuro an-
Bembus	130	tichristo uaticiniū
Bethla	78	4
Bethlæ pueri ab He-		Christi hostes, Sathā,
rode necati	119	Papa, Turca. 55. 56
Blasij Fabricij nuptiæ		contra Christi hostes
152		oratio Lutheri 55
C		Christi nascentis hu-
Cadunus fl.	75	militas 118
calamitatū causa, pec-		in Christi natalē 117
cata nostra	28, 30	Cicero cur Romano-
Gamillus Ciceronia		rum disertissimus
nus	130	129
Catharinæ Siberæ tu-		Ciceronis imitato-
mulus	141	res 130
Chemnicium	144	in Ciceronis officia
Cherinthi interitus		140
6		cælum & terra transi-
Chison fl.	73, 75	bunt, uerba mea
Christianismi hostes,		non transibunt 122
Papa, & Turca. 3.		Crato Mylius 152
sectæ. 4. 5. Satan.		Cupido poeta 149
eod.		Cupidinis & Vene-
Christus quomodo		ris dialogus 147
per aneum serpen-		D
tem præfiguratus		Daniel inter medios
102, 103, 104		leones seruatus. 5
Christi cognitio, uita		Danielis prophetæ
æterna. 49. summa		de peccatis popu-
Dei gloria	51	li sui lamētatio. 28
		Dauid

I N D E X.

- David Ieffaicus. 6. Go Deo fidentes, non pe  
lia uictor. eod. Isai rere, sed Deo in pe  
des 16.36 ricultis curæ esse,  
5.6.62
- David Dei in se bene Deo gratissima uicti  
ficia recenset 78 ma quæ 86.95
- Dauidis, deletis ho- Deum non tam sacri  
stibus, regnoque ficij amplitudine,  
constituto, epini- quàm offerentis  
cion 76.77 animo placari 8
- Debora Lapidothis Deū pugnare ipsum  
65.72 pro uerbo suo 26
- Deboræ, deuictio Ia- Diana curâ Cupidi-  
bino, epinicion. neis telis tuta 150
- Deus quomodo ap- diluuium 6  
parere suis solitus discordia Christiani-  
33.34 smum dissipari 4
- Dei cognitio, uita dona nō semper pon  
beata 103 dere, sed dātis ani  
mo æstimanda 8
- Dei in Israelitas be- E  
neficia. 10. 12. 22. 23. Ecclesiæ hostes Pa-  
33.34 pa, Turca, sectæ.  
3.4.5. Satan eod.
- Dei laudes 67. 69. 72 de Ecclesiæ statu tur-  
77. 85. miracula, & bato querela 58
- Dei nomen, arx mu- 6 ecclesiæ tot hostes da  
nitissima 6 ri, propter peccata  
6
- Dei summa gloria, 51 ecclesia ab initio reo  
homines Christū rum  
nosse 6
- L 4



I N D E X.

rū collecta Deo,		Sennaheribē ora-	
in Christo	5	tio, 18, eiusdem gra-	
Ecclesiam à Christo		tiarū actio, à pesti-	
non deseri	5	fero morbo libe-	
ecclesiam afflictā nūc		rati	107.108
non minus grates			F
Deo agere debe-		Fati necessitas flecti	
re, quā sc̄licem		non potest	134
olm	7	pro Fidei incremen-	
ecclesiam & domi &		to oratio	129
foris damna pati			G
4		Gasparis Borneri tu-	
ecclesiam senescētem		mulus	146
quoque Deo curę		Gasparis Crucigeri	
fore	111	tumulus	153
de Educatione libe-		Gedeon	35
rorum, ex Iesu Si-		Georgij Agricolæ hi-	
rach præcepta	115	storia subterraneo	
Elister fl.	138.147	rum	126.127
Elysiū nemus	157	Georgij Anhaltini	
Engada	78	pietatis studiū. 7.8	
Eobani Hefsi laus.	91	Georgius Fabricius	
tumulus	125	91.124. eiusdem iti-	
Episcopi, Baalis ido-		nera Italica	137
la	123	Georg. Fabricij ma-	
episcopi mitrati, Sa-		ter	150
lū bicornes. 7. eo-		Gethæi	78
rum officia in ec-		Golia Dauidi puero	
clesia	cod.	uictus	6.78
Ezechia regis contra		Helena Valētini Gra-	
		uij	

I N D E X.

uij uxor	155	Iordanem transi-
Henrichi ducis Saxo-		turi. 98. item mori
niæ tumulus	131	turi, pro nepotib.
Herodis Christũ in-		suis
fantẽ prosequen-		99
tis crudelitas	119	Iael Heberis
Hieremiæ cõtra Dei		75
hostes oratio.	25.	Iazielis prophetæ o-
26.27		ratio
		62
Hierichuntis mœnia		Iesu Christi pro eccle-
tubarum sono di-		sia oratio
ruta	71	48
Hieronymus Vuelle		Iesu Sirachi pro de-
rus theologus	151	fensioe populi cõ-
homines Christũ nos		tra tyrannos ora-
se, summa Dei glo-		rio
ria	51	47
cõtra Hostes filij Dei		indulgẽtia pueris no-
oratio	54	xia
hostium quãuis in-		117
numerabiles co-		ingenij laus sola pe-
piæ pijs non me-		rennis
tuendæ	61 (80)	126.146
humilitas Deo grata		Ioachimus & Philip-
I		pus I. Ionæ FF. 154
Iabinus. 14. 65. 66.		Ioachimi Camerarij
eius interitus	74	laus
Iacobi in Mesopota-		134.135
miam proficiscen-		Ioan. Cellarij tumu-
tis uatum 97. item		lus
		133
		Ioan. Sturmius. 129.
		eiusdẽ ab eloquen-
		tia & pietate laus
		130.131
		Ionæ prophetæ à bel-
		lua seruati oratio
		112.113

L 5 Iona

I N D E X.

Ionathæ & Sauli epi-	Iustus Ionas. 143. eius
cedion 105	dem liberi 154
Jordanis ad Mosis	iuuētus corrupta 143
preces sistitur 71	L
Iosue, Nunides. 72.	Labani filiæ 158
eius precibus sol	laus ingenij sola pe-
sistitur 71	rennis 126
Iosue querela, de re	in Librū impiū 144
iecto exercitu ab	Lothus in Sodomæ
oppugnatione op	incēdio seruatus 6
pidi Ain 12	Lyfias Antiochi exer
Iouis amores. 147. 148	citus dux 45
Iſaaci, felicitatem Ia-	M
cobo filio optan-	Magdala 67
tis, oratio 96	Maonij 78
Iſaia contra Assyrios	Margaritæ Fabriciæ
oratio 24	tumulus 150
Israelitæ, Thariadç 67	maris rubri transitus
Israelitarum pro con	68
seruatione populi	Mars à Cupidine su-
cōtra Ammonitas	peratus 143
oratio 13	Mart. Lutheri cate-
Iudæ Macabæi ora-	chismus 154. tu-
tio. 63. congreg-	mulus. 138. & laus.
furi cum Lyfia. 45.	cod. & 104. 124. 139
cum Micangre. 46	Lutheri, cōtra hostes
Iuditha Meraris. 82.	Christi oratio 55
83. eiusdem, inter-	matronarum pudica
fecto Olopherne,	rum apud inferos
epinicion 82. 83	locus 157. 158
	Me

I N D E X.

Medusæ caput in clypeo Palladis	149	putat	26
Melanchthonis laus	104	Munera dātis animo æstimanda	8
Meroma	75	Musæ cur à Cupidineis telis tutæ.	149
Minerua è Iouis capite nata	149	Musarū contemptus	151.152
Minerua quare à Cupidineis telis tuta	148.149	musarum gloria æterna	152
N			
miracula pseudo christianorum	4	Nahor	96
monachi ignauum pecus	132	Naiotha	78
mors omnia uiolat	143	Neemiæ, pro restitutione populi ab exilio Babylonico, oratio	58.39
Moses Amramides à Deo liberatus. eod. 65. 68. legis typus	101	Nicanor Demetriani exercitus dux	46
Mosis gesta	71	Nilus septēgeminus	9
Mosis, irā offensi Dei à populo Israelitico deprecantis oratio	8.9.11	Noa Lamechides	6.104
Mosis, submerso Pharaone, epinicion	66.67	Noe diluuiio seruatus	6
mūdi sapientia, Deo placuisse, dedecus		Noba	78
		Noricaberga	155
		nuptiale carmen.	114
		O	
		Ocia amoris alimentata, 149. uitiorū causa.	117

I N D E X.

fa	117	mitatum causa. 28.
Oggus	71	30
Olophernes à Iudis tha peremptus. 66. 83. 84		pro peccatorum ue- nia oratio 120
de Oratoribus no- stri temporis 145		peregrinationū usus 137
P		pœna peccati quo se- rior, eo grauior 94
Pacis bona 61		Pharaonis interitus 4. 10. 22. 34. 65. 66. 63.
Pallas. uide Minerua		69
Palladis clypeus. 149		de Philosophis no- stri temporis 145
Papa Antichristus. 138 139. Babylonica meretrix. eo. Chri- stianismi infamia 3. fauor hostis quàm Turca. eod.		pij in medijs pericue- lis curæ Deo 6 pijs non metuen- dæ hostium copiæ quamlibet multæ 61
Papa Iabinus. 65. Lati- nus Paris. 7. eius in Ecclesia studiū. eod.		de poetis nostri tem- poris 145
Papa, sathanæ præ- sul, & Christi ad- uersarius. 123. scele- rum sentina 56		principe digna res potiss. quæ 132
Pauli Lindanæ theo- logi tumulus. 140		pudoris commenda- tio 159
peccati caput & cau- sa, Sathan 102		puerorum ætas cor- rupta 143
peccata nostra, cala-		R
		Rebecca Nahoris. 158 pro


I N D E X.

pro Reipub. Christia næ felici statu ora- tio	120	sciolis placere pro- brum, displicere laus	125
resurrectio corporū	158	scriptorum nostri se- culi uarietas.	126. et
pro Rege pio, proffi- scente ad bellum contra hostes Dei	59. 60	diuersus genius	127
S		Seba Bochrides	82
Sacerdotum, contra Nicanorem ora- tio	46	sectarum lues in Ec- clesia. 4. 5. earundē interitus	6
Sadoletus	130	seculi præsentis cor- ruptus status	122
Samgar Anathides	72	Seirus	71
Samson	36	Seon	71
Samuel Helcanę F.	36	serpens æneus.	100.
Sara	158	Christi typus.	101.
sathanā Ecclesiæ do- mi & foris infidia- ri	5. 6	Siberus Hertelij ge- ner	144
Saul Cissides	66. 78	Siphis	78
Saulis in Daudē in- iuria. 78. interitus	79	Sissara. 14. 35. 66. eius interitus	74. 75
Sauli & Ionathæ epi- cedion	105	Sodomæ incendium	6
scholarum neglectus	151	sol Iosuxæ precibus fi- stitur	71. 35
		solitudo nutricula cu- rarum	142
		Solomonis templū	16
		Stepha-	

I N D E X

Stephani Roti tumu	excitari contra ees
lus	142 clesiam 5
Stigelij laus	91 V
studia honesta sectã	Valentinus Grauius
res à Cupidineis	87.155
telis tuti	150
in Suffenum	141
superbia Deo inuisa	146. eiusdem tumu
80	lus 144
T	Valerius Cordus, e-
Thabor mons	73 iustq; obitus. 145
Thare	56 146
Thobiæ F. pro felici	Veneris & Cupidie
cõiugio preces. 113	nis dialogus 147
trinitatis S. assertio	uita æterna, Christi
139.140	cognitio 49.103
Turca Christianismi	uitam beatiorẽ quã
hostis 3.55	faciant 139
tyrannorũ contra Ec	Viti Theodori tumu
clesiam furor. 5. eo	lus 155
rundem interitus.	Vuolfgangus Meur
cod. 6	rerus medicus. 137
tyrãnorum interitus	Vuolfgangi Heufne
22	ri tumultus 143
tyrannos à Sathana	Vranie 77
	in Vulcanũ Zoilũ 132

F I N I S.





OCN 66859044